



ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

XXIII.

HYMNI INEDITI.

Liturgische Hymnen

des


Mittelalters

herausgegeben

von

Guido Maria Dreves,

S. J.



Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1896.

HYMNI INEDITI.

Liturgische Hymnen

des

Mittelalters

aus

Handschriften und Wiegendrucke.


Sechste Folge

herausgegeben

von

Guido Maria Dreves,


S. J.



Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1896.



JUN - 8 1938

10803

VORWORT.

Mit diesem Bande der *Analecta* gelangt die Serie der eigentlichen liturgischen Hymnen im engeren Verstande dieses Wortes zum Abschlusse. Nicht als ob nun alle Hymnen, die heute noch erreichbar wären, in dieser Sammlung Platz gefunden. Ist es doch schon eine Unmöglichkeit, auch nur von allen noch existierenden handschriftlichen und gedruckten Brevieren Kenntniss, geschweige Einsicht zu erlangen. Wohl aber glaube ich, rücksichtlich dieser Gattung nunmehr jenes Ziel erreicht zu haben, das ich II, 5 u. f. und XI, 5 u. f. umschrieben habe.

Abzusehen von einzelnen, da und dort zerstreuten Hymnen, von denen ich Kenntniss habe, möchte ich an dieser Stelle hinweisen auf eine Anzahl älterer, augenscheinlich von einem Verfasser herrührender Lieder, die E. Dümmler seiner Schrift „*Anselm der Peripatetiker*“, Halle 1872 S. 102 ff., einverleibt hat, und von deren Reproduktion hier um so mehr Umgang zu nehmen war, als Inhalt und Umfang dieses Bandes bereits das gewöhnliche Mafs überschreiten. Dümmler ist nicht abgeneigt, Schreiber und Dichter dieser Rhythmen in dem am Rande des *Psalterium Warmundi* sich nennenden *Uido* zu suchen (a. a. O. S. 87).

In der Note zu No. 3 dieser Sammlung habe ich bemerkt, daß der Hymnus *Aeternae lucis claritas* mit einiger Wahrscheinlichkeit dem Johannes Pechamus (*John Peccham*), Erzbischof von Canterbury († 1292), zuzuschreiben ist. Zweifellos ist er Verfasser des *Reimofficiums* auf das Fest *Trinitatis*, welches V, 19 ff. mitgeteilt ist und durch Tiefe des theologischen Wissens wie durch Abrundung der poetischen Form vor ähnlichen Dichtungen hervorragt. *Cod. Vatican. 4752*, ein Franziskanerbrevier des 15. Jahrhunderts, bezeugt fol. 504 seine Autorschaft mit den

Worten: „Incipit officium beatissimae Trinitatis, compositum et ordinatum a reverendo domino et patre nostro Johanne de Picciano, ordinis fratrum minorum, bonae memoriae, archiepiscopo Cantuariense (!) et nobili magistro in sacra theologia.“

Ebenso Cod. Casanaten. B VI 20 (254), ein Franziskanerbrevier saec. 13/14, in dem dies Officium nachgetragen ist mit der Bemerkung: „Incipit officium beatissimae Trinitatis, editum a domino fratre Johanne de Picciano, de ordine fratrum minorum, archiepiscopo Cantuariensi ac sacrae theologiae magistro.“

Ebenso Cod. B 54 der Kapitelsbibliothek von Padua, ein Franziskanerbrevier saec. 13/14: „Incipit officium beatissimae trinitatis, editum a fratre N. de Pecano, ordinis fratrum minorum.“

Die Angabe findet sich noch in dem Breviarium Romanum, Parisiis 1509 und 1519: „Quod quidem officium cum ipsis lectionibus composuit reverendus magister, dominus Johannes de Peckamo, Anglicus; quod et Romana ecclesia propter excellentiam cantandum omnibus tradidit.“ Demgemäß ist Peccham bestimmt auch Verfasser der Hymnen: In majestatis solio (Daniel I, 276), O lux beata trinitas (Daniel I. c.) und Festi laudes hodierni (Anal. IV, 14).

Wien, den 20. Nov. 1895.

Guido Maria Dreves.

I.

DE DEO, DE BEATA,
DE COMMUNI.

BQ
5253
.A5
v.23

1. De ss. Trinitate.

(Sabbato ad Vesperas).

- | | |
|---|---|
| 1. Te, trina Deus unitas
Et una semper trinitas,
Laus nostra rite cernua
Sacro canore celebrat. | 5. Ex nil qui esse omnia
Effigiasti, condita
Regis, gubernas fortiter
Disponis ac suaviter. |
| 2. Bis sena cui senum duo
Ac Seraphim micantia
Polorum super ardua
Ter jure sanctus proclamant. | 6. Precamur ergo servuli,
Quos tu creasti, cernui,
Ut hostis a saevissimi
Placatus ore liberares. |
| 3. Vocabulis divisus es,
Essentia sed unus es,
Pater, logos, paraclitus,
Trinus et unus Dominus. | 7. Te Deum ut perpetuo
Laudemus, almis, quaesumus,
Nos angelorum coetibus
Associa propitius. |
| 4. Hoc pater est, quod filius,
Hoc, quod et almus spiritus,
Usia quos non dividit,
Persona trina permanet. | 8. Honor, potestas, gloria
Sit tibi, saneta trinitas,
Aequalis una deitas,
Per saeculorum saecula. |

Hymn. ms. Casinensis saec. 10. Cod. Casinen. 506. A. — Brev. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 11. Cod. Vatican. 4928. B. — Brev. ms. S. Renati Surrentini saec. 13/14. Cod. Barberin. XI 171. C. — Brev. ms. Casinense saec. 14. Cod. Casinen. 34. D. — Brev. Coelestinorum imp. Neapoli 1488. E. — 2, 1 Vissena B. — 3, 4 et unus fehlt C. — 4, 3 Usus a quos non B, Usia que C, Usiamque D. — 5, 1 Ex nil in esse C. — 5, 3 gubernans D. — 6, 1 ergo cernui C. — 6, 2 creasti servuli C. — 6, 3 Ut hostia sanctissima C. — 6, 4 Placatus omnes C. — 7, 2 almis precibus C, almis vocibus D.

2. De ss. Trinitate.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. In personis Deum trinum,
Unum verum in usia,
Universorum Dominum
Confitemur fide pia. | 3. Nullum valet ingenium
Humanum comprehendere
Hoc immensum mysterium,
Sed sola fides credere. |
| 2. Non disjungit unitatem
Personarum proprietas,
Non confundit trinitatem
Simplicitatis unitas. | 4. In hac summa majestate
Nulla exstat diversitas,
Nec ulla imparitate
Discrepat vera unitas. |

5. Honor laudis angelicae,
Gloria et laus aeterna
Sit trinitati uniceae
Per saecula sempiterna.

Diurn. ms. Fuldense saec. 15. Cod. Fulden. Aa 87. A. — Antiph. ms. Veteris Monasterii saec. 15. Cod. Maguntin. 138. B. — Brev. ms. Veteris Monasterii saec. 16. Cod. Maguntin. 96. C.

3. De ss. Trinitate.

In 2. Vesperis.

- | | |
|--|--|
| 1. Aeternae lucis claritas
Nos tribus ornans viribus
Monstrat, quod causans veritas
Trina sit hypostasibus. | 4. Per solam vim originis
Naturae fit communio,
Nativitas imaginis,
Spiraminis processio. |
| 2. Trium una dum cernimus
Signatos nos imagine,
Unam trium advertimus
Lucem in trino lumine. | 5. Quam felix trium caritas
Uno se fruens gaudio,
Quia non est jucunditas
Perfecta solitario. |
| 3. Patris se mens intelligens
Ortum dat unigenito
Natamque prolem diligens
Processum dat paraclito. | 6. Laudum clara praeconia
Sint trinitati simplici,
Ipsique nos per omnia
Subdamus corde supplici. |

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 15. Cod. Vatican. 4760 (parte 2a). — 1, 3 Monstratque. — 6, 4 corde simplici. — Der Hymnus befindet sich in der zweiten Vesper des von John Peccham verfassten Reimofficiums auf die hl. Dreifaltigkeit, ist somit wahrscheinlich von ihm, eine Annahme, der wenigstens Stil und Verskunst nicht entgegenstehen.

4. De ss. Trinitate.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. O gloriosa trinitas,
Lux perlustrans universa,
Vera et una deitas,
Cuncta mitigans adversa. | 3. Praesta nobis et perface
Nostrae salutis gratiam
Ac in nos pie respice
Vehens ad tuam gloriam. |
| 2. Virtus interminabilis,
Extra omnem creaturam
Et infra omnem agilis
Nullam patiens pressuram. | 4. In hac ergo collaetemur
Fide sanctae trinitatis,
In qua simul confitemur
Unitatem deitatis. |

5. Honor laudis angelicae.

Diurn. ms. Fuldense saec. 15. Cod. Fulden. Aa 87. A. — Antiph. ms. Veteris Monasterii saec. 15. Cod. Maguntin. 138. B. — Brev. ms. Veteris Monasterii saec. 15. Cod. Maguntin. 96. C. — Als Divisio von Nr. 2 bezeichnet.

5. De ss. Trinitate.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. In júbilo laudabili
Et laude venerabili
Glorificemus filium,
Patrem et sanctum spiritum. | 3. In condensis statuite
Diem solemnem et dicite
Laudes concentus hilaris
Usque ad cornu altaris. |
| 2. Omnes in insigni die
Solemnitatis annuae
Expurgatis criminibus
Conformemur in mentibus. | 4. Sit infirmis salvatio,
Captivis liberatio,
Peccatorum remissio
Et salus sine noxio. |
| 5. Trinitas individua,
Unitas perpetua
Dent aeterna gaudia,
Ubi pax est et gloria. | |

Diurn. ms. Maguntinum anni 1490. Cod. Gothan. Memb. (II) 26. A. — Brev. ms. Maguntinum saec. 15. in. Cod. Francofurt. Barth. 150. B. — Brev. ms. S. Bartholomaei Francofurt. saec. 15. Cod. Francofurt. Barth. 160. C. — 2, 2 anime C. — 4, 3 peccantium B. — 5, 2 fehlt eine Silbe ABC; lies Et unitas? — 5, 3 fehlt eine Silbe ABC; lies donent? Dent externa C.

6. De ss. Trinitate.

- | | |
|---|--|
| 1. Deus, pater piissime,
Petenda nobis suggere
Et digna postulantibus
Ne differas diutius. | 4. Da simplicem prudentiam
Et caritatem fervidam,
Qua certius signaculum
Non est tibi placentium. |
| 2. Da cor profunde poenitens
Cum lacrimarum flumine,
Quo diluantur omnia
Verenda conscientiae. | 5. Te pollicentem credimus,
Quod haec prius quaerentibus
Addantur, ultro cetera,
Quaecunque restant, commoda. |
| 3. Auge fidei gratiam
Statuque firma perpeti,
Ut non vacillet impetu
Nec Antichristi pessimi. | 6. Honor sit atque gloria
In sempiterna saecula
Tibi patri cum filio
Et spiritu paraclito. |

„Officium BMV. cum multis laudibus ac novis orationibus impressum per Benedictum Dulcibellum Carpensem in Castro Lauro Curtis majoris Anno 1503. Idibus Martii.“

7. De ss. Trinitate.

- | | |
|--|--|
| 1. Lux saeculorum,
Lux angelorum,
Vita sanctorum,
Spes beatorum,
Pater immense,
Fili praecelse,
Spiritus alme. | 2. Te invocamus,
Te adoramus,
Te glorificamus
Teque laudamus,
Pelle languorem,
Praebe medelam,
Confer salutem. |
|--|--|

3. Gloria patri,
Gloria nato,
Flamini sacro,
Tribus personis
Gloria compar
Nunc et in aevum.

Orat. ms. saec. 14/15. Cod. Bruxellen. 10 812—6. — In Strophe 3 scheint eine Verszeile zu fehlen.

8. De laude Dei.

R^o Benedictus Dominus,
Christus, Dei filius.

- | | |
|---|--|
| 1. Ante saecula et tempora
Et coelorum sidera
Patris ore prodiit,
Deus qui est ex Deo. | 9. Jonam missum in fluctibus,
Alvo ceti conditum,
Salto piscis inmani
Quis ad lit s protulit? |
| 2. Benedictus Abraham
Cum offerret filium,
Paricida quis piam
Justam dedit hostiam? | 10. Karcer Josephi clauserat,
A falso testimonio
Mystica per somnia
Quis potenter eruit? |
| 3. Canticum canentibus
In camino flammeo
Tribus una vox erat,
Et ille quartus quis fuit? | 11. Lugentes fratrem pie
Martha atque Maria
Ad sepulchrum, mortuum
Quis suscitavit Lazarum? |
| 4. Daniel immitibus
Traditur leonibus,
Ne voraretur morsibus,
Clausit ora quis feris? | 12. Moses in monte arido
Precabatur Dominum,
Ne periret populus;
Legem ei quis dedit? |
| 5. Et Susannae castitas
Condemnata testibus,
Quis, ut verum diceret,
Instigavit puerum? | 13. Noe justo Dominus
Arcam jussit fieri,
Arcae per diluvium
Gubernator quis fuit? |
| 6. Fluctus inter fluentibus
Rectum iter viantibus
Mersis subsequentibus
Per Moysen quis dedit? | 14. Orbata mater unicum
Deflenteque filium,
Imperante Domino
Quis jubet resurgere? |
| 7. Goliath in acie
Praeparantem proelium
Per manus sancti David
Saxo in fronte quis ferit? | 15. Paralyticum jacentem
Tot annorum debilem
Exspectante populo
Ambulare quis fecit? |
| 8. Heliam in eremo
Longo vitae tempore
Corvis deferentibus
Sacro pane quis pavit? | 16. Quinque milia virum
Exceptis mulieribus
Quis de quinque panibus
Pavit et duobus piscibus? |

- | | |
|---|--|
| <p>17. Regique Ezechiae
Imminente transitum
Super vitae terminum
Quis addit annos quindecim?</p> <p>18. Samaritana mulier
Dum staret ad puteum
Et relicta hydria,
Aquam ei quis petit?</p> <p>19. Tiberiadi in mari
Piscantibus apostolis
Pleno rete piscium,
Tractor ille quis fuit?</p> | <p>20. Uox in Rama audita est
Lamentante parvulis,
Lactantium quoque infantum
Quis coronavit postmodum?</p> <p>21. Xristus per paradisum
Deambulans meridie,
Adam praeceptum transgredi,
Quis jubet terram colere?</p> <p>22. Ymnum canebant angeli
Resurgente Domino,
Ascendente in caelis,
Ad dextram patris quis sedet?</p> <p>23. Zelotis Deus pater
Post quadraginta diebus
Misit ad apostolos
Paraclitum spiritum.</p> |
|---|--|

Cod. Bruxellen. 8860--67. saec. 10. in. 10, 4 potenter efficit. — 16, 3 De quinque panibus. — 16, 4 Quis pavit et. — 17, 4 annis. — 21, 1 In der Hs steht $\bar{p}h$; davor hat der Rubricator S gesetzt, was Spiritus giebt; das Alphabet fordert aber X, was Christus ergiebt. Da aber X wie S gesprochen ward, läßt sich allenfalls auch $X|h$ noch als Spiritus auflösen. — 22, 3 Ascendente.

9. In Vigilia Natalis Domini.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Egredere, Emanuel,
Quem nuntiavit Gabriel,
Uti sponsus de thalamo
Virginis matris utero</p> <p>2. Spiritus sancti opere
Sine virili semine,
Ad tuum natalitium
Delens Evae flagitium.</p> | <p>3. Sicque lege deposita
Tua simus sub gratia,
Qui aperis diu clausum
Bonis intrandi aditum.</p> <p>4. Laus sit patri et filio,
Spiritu paraclito,
Unitati sit gloria
Per infinita saecula.</p> |
|---|---|

Brev. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 11/12. Cod. Vatican. 4928 A. — Brev. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 11/12. Cod. Neapolitan. VI E 43. B. — Cod. Wratislaviensis. I F 236 saec. 15. C. — AB bezeichnen den Hymnus als S. Leonis papae, womit Leo IX. gemeint ist. Einen um drei Strophen längeren Text bietet Milchsack, Hymni et Sequentiae I, 6, ohne Angabe der Quelle. Von seinen Strophen erweckt die vorletzte Zweifel an ihrer Authentizität.

10. In Nativitate DN.

„Tropho in Nocte ad sanctam Mariam“.

1. A solis ortu cardine quadrato
Coeli per gyrum, sidera, rotate,
Redemptor quia venit cum salute
Hodie natus.

2. Bonus praedixit Esaias vates:
Ecce, in vulva virgo generabit,
Nomen ejusdem quod interpretatur
Nobiscum Deus.
3. Coelo dimissus Gabriel salutem
In Gallilaeam virgini detulit,
Gaudio mundi nuntiare venit
Terris venturum.
4. Dudum jam virgo desponsata erat
Proco famoso annulo pudoris,
Joseph, qui nunquam copula jugali
Corpore gessit.
5. Ec casto degens corpore puella,
Quam sic ingressus angelus compellat:
Ave, Maria, gratia plena,
Dominus tecum.
6. Festinus post haec angelus adjunxit:
Beata eris inter mulieres
Et benedictus fructus ventris tui,
Quae credidisti.
7. Gaudens in verbo sed turbata virgo,
Cogitans, cur sit ita salutata,
Quomodo possunt fieri, quae dicis,
Angele Dei?
8. Hinc adsecutus Gabriel affatus:
Inclitam prolem utero gestabis,
Numinis altus filius vocatur
In sempiternum.
9. Inquiens virgo angelum perquirens:
Quomodo possunt fieri, quae dicis,
Unde hoc sciam? virum non cognovi,
Angele Dei.
10. Karus repente nuntius respondit:
Spiritus sanctus super te descendet
Idcirco, sanctum quod erit, vocatur
Filius Dei.
11. Libens tunc virgo angelo consensit:
Ecce, ancilla Domini sum ego,
Contingat mihi juxta verbum tuum,
Sicut dixisti.
12. Mox Caesar dedit Augustus decretum
Mundus ut totus tomum scriberetur,
Fecit Cirinus scriptionem primus,
Syriae rector.

13. Nam ibant omnes, ut profiterentur
Quisquis de sua nempe civitate,
Joseph praegnante cum Maria pergens
Bethlehem ad urbem.
14. Opus mirandum atque salutare,
Latior alvus cardine aethrali
Deum, quem coeli capere non valent,
Clausum portavit.
15. Postquam sunt dies virginis impletae,
Partus puellae hominem Deumque
Edidit, parvo jacuit praesepti
Pannis velatus.
16. Quem cum pareret, hac in regione
Vigiles noctu gregem custodirent,
Illos extemplo cinxit lux de coelo
Fulgida nimis.
17. Rursus eosdem tremor apprehendit,
Angelus dixit: ponite timorem,
Gaudium vobis nuntio perenne
Terris venisse.
18. Saecula vire fecit qui cum patre,
Natus est Christus hodie de matre,
Bethlehem in urbe in praesepti jacet,
Hoc vobis signum.
19. Tunc copiosa angelo adsistens
Desuper missa legio coelestis,
Deo in altis gloriam canentes
Voce sonora.
20. Vociferabant strenue dicentes:
Gloria patri Deo in excelsis
Et hominibus bonae voluntatis
Pax super terram.
21. Xristo jam nato milia sanctorum
Coelum adibant statim angelorum,
Pastores cursim Bethlehem venerunt
Corde gavisos.
22. Ymnum solvamus patri filioque,
Semper qui regnat par cum genitore
Servique formam sumere dignatus
Causa salutis.

23. **Zero creator solio de sacro**
 Petiit ima nos ad liberandum,
 Quos hostis dudum rapuit iniquus
 Ore cruento.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano saec. 10/11. Cod. Roman. Angelicus B III 18. A. — Ein Teil dieses ABCdarius ist in den Hymnen von Moissac und S. Severin als Hymnus in annuntiatione BMV. verwendet; vgl. Anal. II, 80 (B). — 4, 2 Pro quo famoso lesen AB, was Anal. II, l. c. zu Unrecht in „perquam famoso“ geändert worden. — 5, 1 Ec = aec = haec. — 7, 3 possit A, geändert nach B. — 7, 4 Angelus A. — 8, 3 Nominis altum AB. — 9, 2 potest A. — 9, 4 Angelus A. — 11, 1 angelo conscendit A. — 11, 4 Si condixisti A. — 13, 2 de sua nempe civitatem A; lies ad suam nempe? — 14, 4 clausu. — 16, 1 Quod cum pares A. — 16, 3 exemplo A. — 20, 1 Vociferebant strenuo A. — 21, 2 Coelum adhibent A. — 22, 1 salvamus A. — 23, 1 Zerorum creator A; zero = sero.

11. In Circumcisione DN.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Cultro secunda saxeo
 Tenella Christus membra dat,
 Non venit, ut tollat sui
 Legem parentis filius.</p> <p>2. Parendo legis vincula
 Nobis, Iesu, mitigas
 Datoque monstras nomine
 Tuae favorem gratiae.</p> | <p>3. Hoc nomen est potentiae
 Novaeque signum gloriae
 Et per quod unum coelitus
 Datur salus mortalibus.</p> <p>4. Tu, Christe, non effabilis
 Imago coelestis patris,
 Da, nil colatur, ni tuum
 In omne nomen saeculum.</p> |
|--|---|

Hymni, collectae item evangelia etc. imp. Coloniae 1585.

12. In Epiphania Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Festiva mundo gaudia
 Reducta solis orbita
 In trinitatis nomine
 Laeti colamus carmine.</p> <p>2. Felix dies haec annua,
 Quae tanta fert solemnia,
 Cum tale factor omnium
 Praebet sui vestigium.</p> <p>3. Hic nempe natus virgine
 Nostro Deus cum corpore
 Novi per ortum sideris
 Se prodidit mox saeculis.</p> | <p>4. Quem tunc Eoi principes,
 Reges Arabum nobiles,
 Donis honorant mysticis
 Tanti datorem luminis.</p> <p>5. Legalis observantiae
 Aqua tumescunt hydrjæ,
 Ut vina fundant dulcia,
 Haec signa, Christe, sunt tua.</p> <p>6. Vox ergo patris intonat,
 Baptisma proles consecrat,
 Formam columbae spiritus
 Sumit sacer paraclitus.</p> <p>7. Sit trinitati gloria,
 Honor, potestas inclita,
 Uni Deo per omnia
 In saeculorum saecula.</p> |
|--|---|

Cod. Sangallen. 898. saec. 10/11. — Der Hymnus ist von Berno von Reichenau, unter dessen Werken er steht. — 6, 2 prolis Hs.

13. In Epiphania DN.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Nato Mariae filio
Apparet stella populo,
Quae dicit Christum Dominum
Regnare in perpetuum. | 6. Per stellam magi ambulant,
Dum Bethlehem pervenerant,
Intrantes domum pueri
Adorant regem saeculi. |
| 2. Quam magi dum adspiciunt
Natumque regem sapiunt,
Jerosolymam properant
Et tunc Herodi nuntiant. | 7. Mystica portant munera
Mox Christo placabilia,
Thure signantes Dominum
Et sacerdotem maximum. |
| 3. Turbatus erat perfidus
Herodes impiissimus,
Timens, ne regnum perderet,
Quod puer natus tolleret. | 8. Dant aurum regi saeculi,
Mortali myrrham homini,
Salutant parvum filium,
Deum ac regem omnium. |
| 4. Confestim dicit regibus
Ab orientis partibus:
Ite, videte puerum
Et nuntiate postmodum. | 9. Admonet eos visio,
Ut redeant cum gaudio,
Per viam vero aliam
Reversi sunt ad patriam. |
| 5. Ut ego, quando venero
Dictumque regem videro,
Adorem tunc infantulum,
Quem dicit stella genitum. | 10. Gloria tibi, Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Brev. ms. Franciscan. saec. 13. Cod. Senen. F. VIII. 1. A. — Psalt. ms. Mutinense saec. 14. Cod. Capit. Mutinen. O. II N. 5. B.

14. In Transfiguratione DN.

- | | |
|---|--|
| 1. Verbum patris altissimi
Gigas et invictissime,
Non unius substantiae,
Unum cum patre gloriae, | 5. Da nobis, licet parvulis,
Redemptis tamen servulis,
Non qualicunque pretio,
Sed sanguinis commercio, |
| 2. Apostolorum principi
Cum filiis tonitru
In majestate fulgida
Visus sub nube lucida. | 6. Quando per ignem veneris
Ad judicandum saeculum,
Ne nos cum hoedis statuas,
Sed agnis jungi facias. |
| 3. Quem currus tulit igneus,
Et legifer eximius,
Dum conferentes numerant,
Quod complecturus fuerat, | 7. Ut cum supernis civibus
Tuis vacantes laudibus
Devotione sedula
Canamus in perpetuum: |
| 4. Vocis tuba terribilis
De nube tonans sonuit:
Hic est dilectus filius,
In quo mihi complacuit. | 8. Sit Deo laus ingenito
Simulque unigenito
Cum spiritu paraclito
Per infinita saecula. |

Cod. Ambrosian. H 46 inf. add. saec. 10/11. (cum nemnis).
Dreves, Hymni Inediti. II.

15. In Transfiguratione DN.

- | | |
|--|---|
| 1. Summi tonantis filius
Non despexit propitius
Fragile genus hominum,
Quod deceperat diabolus. | 3. Montis ascendens verticem
Dignatus est ostendere,
Nostrae carnis substantia
Quanta polleret gratia. |
| 2. Advenit tectus corpore
De sacra sumpto virgine,
Opus istud mirabile
Stulti spreverunt homines. | 4. Jubet pater sanctissimus,
Ut audiamus filium,
Dignetur dare gratiam,
Qui pia dedit monita. |
| 5. Sit tibi, Christe, gloria,
Qui facis mirabilia
Magna et inscrutabilia
Per cuncta semper saecula. | |

Cod. Ambrosian. H 46 inf. add. saec. 10/11. (cum neumis).

16. In Transfiguratione DN.

Ad Nocturnum.

1. O sator rerum, reparator aevi,
Christe, rex regum, metuende censor,
Ad preces nostras pariterque laudes
Adspice gratus.
2. Noctis, en, cursu tibi vota laudum
Pan̄gimus, praesta, tibi sint ut apta,
Nosque concentu refove perenni,
Luminis auctor.
3. Inter Eliam Moysenque vates
Ut jubar solis facie refulgens,
Candida veste nivis instar albae
Tu micuisti.
4. Tu Dei patris patre teste proles,
Tuque sanctorum decus angelorum,
Tu mundi salus, via, virtus, proles
Crederis esse.
5. Gloria, virtus tibi sit, creator,
Qui cuncta solus retinens gubernas,
Regni in throno sine fine regnans.
Trinus et unus.

Diurn. ms. Emmeramense saec. 14. Cod. Palat. Vindobonen. 1968. A. — Brev. ms. saec. 12. Cod. Palat. Vindobonen. 1826. add. saec. 13. B. — Brev. ms. Admontense 746 a. anni 1439. C. — Brev. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Semin. Brixien. s. n. D. — Brev. ms. Marchianense saec. 14. Cod. Duacen. 143. E. — Brev. Cabilonense imp. Lugduni? 15** F. — 1, 4 gratis A. — 2, 1 Noctis incurso A. — 2, 3 perennis A. — 4, 2 Cum sis sanctorum A. — 5, 3 in throno fehlt A. — Dies Lied ist ein Auszug aus dem Anal. II,

57 mitgeteilten, wobei einige Veränderungen namentlich in Str. 3 angebracht sind. Diese Str. liest der kurze Hymnus immer wie vorstehend, der lange stets wie Anal. II l. c. Vgl. Werner, Die ältesten Hymnensammlungen von Rheinau No. XXIII. — Der längere Hymnus findet sich u. a. noch in folgenden Quellen: Brev. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 11/12. Cod. Vatican. 4928. Hymn. ms. saec. 10. Cod. Casinen. 506. Hymn. ms. S. Severini Neapolit. saec. 10/11. Cod. Vatican. 7172. Hymn. ms. S. Severini saec. 10/11. Cod. Parisin 1092. Psalt. ms. saec. 12. Cod. Neapolitan. VI F 2. Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. Brev. ms. Diense saec. 15. Cod. Gratianopolitan. 134. Brev. Forojuliense imp. Taurinis 1495.

17. In Transfiguratione DN.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Salvatoris eximii
De festis sui filii,
Qui trinitatem colimus,
Fideliter quam novimus.</p> <p>2. Pater vocavit coelitus
Suum dilectum filium,
Quem obumbravit coelitus
Sancti splendor divinitus.</p> | <p>3. In majestate claruit,
In trinitate apparuit,
Cum inter duos Dominus
Vates in monte visus est.</p> <p>4. Tres aderant discipuli.
Jam testes fidelissimi,
Trinitatis deificae
Visionis magnificae.</p> <p>5. Summo patri ingenito,
Transfigurato filio
Cum spiritu paraclito
Gloria sit per saecula.</p> |
|---|--|

Brev. ms. S. Laurentii Ulciensis saec. 15. Cod. Taurinen. Palat. 11.

18. In Transfiguratione DN.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Haec festiva solemnitas
Nobis recurrit annua,
Qua proles Dei unica
Paterna fulsit gratia.</p> <p>2. Perspicuo nam lumine
Candido tectum podere
Christum in aura hac die
Clari viderunt heroes.</p> <p>3. O quam digna celebritas,
In qua polorum dignitas
Telluris hujus infima
Irradiavit nebula.</p> | <p>4. O consortes eximii,
Qui hujus tam egregii
Clarum decus prodigii
Suis viderunt oculis.</p> <p>5. Tu patris nate unice,
Cunctos clementer refove,
Qui tuae festum gloriae
Devote colunt hodie.</p> <p>6. Laus patri invisibili,
Laus ejus sacro flamini
Lausque sit unigenito,
Orbis terrarum Domino.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 544 A. —
Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Univ. Bononien. B. — 1, 2 recurrit
anima B. — 2, 2 Candido secum A. — 2, 3 in auro A.

19. In Transfiguratione DN.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Splendor paternae gloriae,
De luce lucem proferens,
Ostendit suis hodie,
Quam felix sit est reverens. | 6. Tunc clare Dei filium
Paterno testimonio
Sciunt et mirabilium
Adjecto sacrificio. |
| 2. Refulsit sol in clipeos,
Mundo claros et aureos,
Et montes carne terreos,
Sed divina mente flammeos. | 7. Regratiantur mortui
De completo mysterio,
Quod praedixerunt cernui
De Christi beneficio. |
| 3. Christus est sol justitiae
Transfiguratus coelitus,
Mira detectus facie
Apostolis divinitus. | 8. Stupent nimis apostoli
Ac procidunt conterriti
Et quasi facti dyscoli
Loquuntur ut insoliti. |
| 4. Hi sunt et Christi clippei,
Defensores ecclesiae
Ac primates idonei
Christianae militiae. | 9. Hos revocat ad latrham
Consolator propitius
Et ingerit laetitiam,
Dum provocat sublimius. |
| 5. Nondum Christum cognoverant
Esse Deum veraciter,
Quem humane tractaverant
Conversantem humiliter. | 10. Honor, virtus et gloria
Transfigurato Domino,
Qui nos in sua gratia
Conservet sine termino. |

Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 544. A. —
Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Univ. Bononien. 2676. B. — 2, 1
clipeus B. — 2, 2 clavos B. — 3, 1 est fehlt AB. — 3, 4 Apostolos B. —
5, 1 Nam tum Christum A; cognoverat B. — 6, 1 clara B. — 7, 1 Rege-
nerantur A. — 8, 1 Stupentes A. — 9, 1 revocant B, ad atria A.

20. In Transfiguratione DN.

In 2. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| 1. Lumen verum de lumine,
Christe, redemptor omnium,
Fac nos in tuo nomine
Cives dignos coelestium. | 4. Sedet unus ad dexteram
Et ad sinistram alius,
Dat partem quisque liberam,
Tenet in votis plenius. |
| 2. Immortali effigie
Pandisti sanctis gloriam,
O quantus dulcor gratiae,
Quantus fervor ad patriam. | 5. Quid facis tabernacula,
Simon, in mundo misero?
Fac tuis habitacula
In loco coeli prospero. |
| 3. Ecce, quod relinquentibus
Cuncta dabis finaliter,
Ecce, quod laborantibus
Reddes justis feliciter. | 6. Haec tibi nubes indicat
Patris gerens imperium,
Quae Christum cunctis praedicat
Dilectum ejus filium. |

- | | |
|---|--|
| <p>7. Scito ergo, quod loqueris,
Nec turbent mirabilia,
Tu caput gregis diceris,
Et te decent magnalia.</p> <p>8. Per te Deus illuminat
Caecitatem errantium,
Per Jacobum exterminat
Foeditatem peccantium.</p> | <p>9. Per Johannem ad gratiam
Electum vocat populum
Et inducit per latriam
Ad supernorum pabulum.</p> <p>10. Sit laus, honor et gloria
Transfigurato filio,
Per quem regnat laetitia,
Salus et benedictio.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 544. A. —
Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Univ. Bononien. 2676. B. — 1, 2
Christus B. — 2, 2 sanctus B. — 2, 3 dulcio B. — 2, 4 ad gratiam A. —
3, 1 quid B. — 3, 3 quid B. — 4, 1 Sedet vivis B. — 4, 2 aliis B. — 4, 2
Dat patrem B. — 5, 3 tuis tabernacula A. — 6, 3 Quem Christum A. —
7, 1 quid B. — 8, 1 illuminet A. — 8, 3 exterminet A. — 10, 3 laetitiam
B. — 10, 4 Laus et.

21. In Transfiguratione DN.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Amor Jesu dulcissime,
Quando cor nostrum visitas,
Pellis mente caliginem
Et nos reple dulcedine.</p> <p>2. Quam felix es, quem satias,
Consors paternae dexteræ,
Tu verae lumen patriæ,
Quod omnem sensum superat.</p> | <p>3. Splendor paternae gloriae,
Incomprehensa bonitas,
Amoris tui copiam
Da nobis per praesentiam.</p> <p>4. Gloria tibi, Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |
|--|---|

Brev. Carthusiense imp. 1587.

22. In Transfiguratione DN.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Plaude, coelum, terra, plaude
in diei gaudio,
Qua perennis voce patris
indicatur filius
Et refulget gloriosus
rex supremus gloriae.</p> <p>2. Tres apostolos magister
segregatos evocat
In cacumen montis alti
et coruscat gloria,
Veste Jesus fulget alba,
vultus instar solis est.</p> | <p>3. Victor ille Pharaonis
in decore cernitur
Et propheta, quo vocante
ignis hostes devorat,
Christe, tecum de ferenda
morte verba conferunt.</p> <p>4. Ecce, vox de nube: natus
hic meus dilectus est,
Ille me placabit orbi,
hic placebat unicus,
Hunc habentem verba vitae
cor et auris audiat.</p> |
|--|---|

5. Ungis intus, Christe, Petrum,
 ecce, quam te diligit;
Unge dulci nos amore,
 mitte guttam patria,
Qua refectos post laborem
 fonte toto repleas.
6. Sempiterna sit beatae
 trinitati gloria,
Aequa patri filioque
 laus sit et paraclito,
Unius trinique nomen
 laudet universitas.

Hymn. ms. Sanctensis s. n. saec. 15. add. saec. 16. — Mel. Pange lingua.

23. In Quadragesima.

1. Omnis chorus ecclesiarum
 Claro modulamine vocum
 Dulcem sonat ocius hymnum,
 Pangant simul astra polorum.
2. Instant, ecce, quater decem
 Soles merito recolendi,
 Quorum Deus exstitit auctor
 Hominumque Dei mediator.
3. Hujus Moysi vel Eliae
 Numeri placuere figurae,
 Sub quo pie se macerando
 Dominum coluere precando.
4. Hinc turmula Christicolarum,
 Imitans sacra vota priorum,
 Nunc parcius utitur escis,
 Ut possit inesse supernis.
5. Quin spernimus ergo quietem
 Pigrique soporis amorem,
 Ut clamat ab ore propheta,
 Noctis meditatur in hora.
6. Nunc, Christe, rogamus ovantes,
 Audi tibi vota ferentes,
 Sic vox reboetur in alto,
 Ut nos placeamus in actu.
7. Sit doxa Deo genitori,
 Ejus genitae quoque proli
 Ac spiritui simul almo,
 Manet hic Deus unus in alto.

Cod. Sangallen. 898 saec. 10/11. Verfasser des Hymnus ist Berno von Reichenau, unter dessen Werken er steht.

24. In Quadragesima.

1. Ecce, dierum numerus
 Poscit quadragenarius
 Instare parsimoniae,
 Decimas anni reddere.
2. Hoc tempus acceptabile,
 Dies hi salutiferi,
 Ornemus piis moribus
 Jejunium, quod agimus.

- | | |
|--|--|
| 3. Non victus abstinentia
Solum delectat iudicem,
Si vinctus liber redditur,
Sic commotus placabitur. | 5. Fraternalis nostris cordibus
Inflammet ignem spiritus,
Vera legis impletio
Est proximi dilectio. |
| 4. Quod abstinenti superat,
Egentis manus capiat,
Largum datorem respicit
Summus dator et diligit. | 6. Praestent pater ingenitus,
Natus de patre filius,
Utrique compar spiritus
Nostris obtentum precibus. |

Cod. Sangallen. 433 saec. 11/12.

25. Dominicis in Quadragesima.

Ad Vesperas.

1. Christe, lux vera, bonitas et vita,
Gaudium mundi, pietas immensa,
Qui nos a morte roseo salvasti
Sanguine tuo.
2. Invere tuum, petimus, amorem
Mentibus nostris, fidei refunde
Lumen aeternum, caritatis auge
Dilectionem.
3. Tu nobis dona fontem lacrimarum,
Jejuniorum fortia ministra,
Vitia carnis milia retunde
Framea tua.
4. Procul a nobis perfidus absistat
Satan, a tuis viribus confractus,
Sanctus adsistat spiritus a tua
Sede dimissus.
5. Gloria Deo sit aeterno patri,
Sit tibi semper, genitoris nate,
Cum quo aequalis spiritus per cuncta
Saecula regnat.

Brev. ms. Cavense XIII in. Cod. Caven. 27.

26. De Passione DN.

Ad Vesperas.

1. Da, pater omnipotens, da, coeli maxime rector,
Ut prosit nati passio sancta tui.
2. Utile sit Christum pro nobis tanta tulisse
Horrendumque genus sustinuisse necis.
3. Cui gens sacrilega poenas inferre nefandas
Insonti ausa fuit, verbera saeva dare.

4. Ille hominum stirpem rapuit de faucibus Orci,
Pro nobis voluit vulnera dira pati.
5. Sublimi veteres purgavit sanguine culpas,
Ut fragile humanum scandat ad astra genus.
6. Spineaserta tulit salvator et hac ratione,
Ne genus humanum tartara ad ima ruat.
7. Atque ideo patulis manibus divina potestas
In cruce pendebat; gloria summa Deo.

Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 20. A. — Brev. Misnense imp. Lipsiae 1502. B. — Diurn. Misnense imp. Lipsiae 1511. C.

27. De Passione Domini.

Ad Completorium.

1. Sancta Dei genitrix, moesta comitata cohorte,
Ad nati venit tristia fata sui.
2. Ad quam natus ait: Mulier, tua cura Johannes
Hic erit atque decus praesidiumque tibi.
3. Caro discipulo dixit: solabere Mariae,
Deinde tuam, quae jam multa dolenda tulit.
4. Succubuit postquam vocem cognovit alumni,
Pectora contundens cum nimio gemitu.
5. O quantos illic mater dilecta dolores
Passa est, hoc etenim dicere nemo potest.
6. Nec poterit quisquam digna enarrare loquela,
Quam carus matri filius ille fuit.
7. Illius ingentes dicamus carmine laudes,
Quae populis pandit prima salutis iter.
8. Ergo piae matri sit laus et gloria, cujus
Ipsa libens subiit viscera casta Deus.

Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 20. A. — Diurn. Misnense imp. Lipsiae 1511. B. — 3, 1 solabete A. — 3, 2 Exinde tuam B. — 6, 2 filius ipse C.

28. Tempore Passionis.

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Qui noctis in silentio
Te, Christe, morti devoves
Et immolandus traderis,
Noctis quietem consecra. | 2. Dum sub tenebris circuit
Quaerens leo, quem devoret,
Quos in dolore parturis,
Nunquam relinque filios. |
|--|--|

3. Armis crucis nos indue,
Hostis quibus repellitur,
Et, ne labet victoria,
Adesto dux in proelio.
4. Te, summa Deus trinitas,
Collaudet omnis spiritus,
Quos per crucis mysterium
Salvas, rege per saecula.

Hymn. ms. Sanctensis s. n. saec. 15. add. saec. 16.

29. De Passione Christi.

1. Audite omnes gentes
Et dicite prudentes
De passione Christi,
Per quem redempti estis.
2. Benignus est et clemens,
Qui se exinanivit,
Dum formam servi accepit
Et saeculum redemit.
3. Consilium jam factum
Testem adducunt falsum,
Christum volunt damnare,
Qui venerat salvare.
4. Ducitur salvator.
Ut impiis tradatur,
Quem Judas tradidit reus
Propter triginta argenteos.
5. Emerunt salvatorem
Per Judam traditorem,
Venditus est per zelum
Deus et homo verus.
6. Formator cunctae gentis
Emptus ad invidentes
Pergit ad immolandum,
Ut agnus ad tondendum.
7. Genus ut serpentis
Judaeorum stirpes,
Qui Christum negaverunt
Et mortem tradiderunt.
8. Hoc videns Petrus flebat,
Quem Christus jam dicebat,
Arreptum suum gladium
Malcho aurem abscidit.
9. Judas, reus mercator
Et impius falsator,
Osculum signum dedit,
Quando Christum tradidit.
10. Kapite posuerunt
Spineam coronam,
Vestem diviserunt
Et alapa caederunt.
11. Lignis ex duabus
Crucem fixerunt clavis,
Quam Simon tunc portabat,
Qui Christum cruciavit.
12. Mixtum fel et acetum
Spongia miserunt,
Arundinem arripuerunt
Potando porrexerunt.
13. Noxius Pilatus
In vocem excusatus
Aqua manum lavavit
Et Christum cruciavit.
14. Orat pro inimicis,
Quod faciunt, nesciunt,
Pro impiis oravit
Et patrem invocavit.
15. Percussus est in latus
Dominus salvator,
Lympha, aqua manavit
Et mundum restauravit.
16. Qui omnia creavit,
Mortem non dubitavit,
Transeat a me calix
Iste, si fieri potest.
17. Redemerunt vinctum
Unum in diem festum,
Barrabam dimiserunt
Et Christum tenuerunt.
18. Suspensi sunt latrones
Cum Christo salvatore,
Dismas abluit fidem,
Gesmas fuit crudelis.

19. Ter negavit Petrus,
Christus ut non novetur,
Ut hoc adimpleretur,
Quod illi fuit dictum.
20. Ut homines salvaret,
Se voluit tradere
Et sanguinem fudit,
Mundi peccata abluit.
21. Xristus, vocatus unctus,
Rex regum super cunctos,
Mortuus et sepultus
Et nos redemit cunctos.
22. Yecit quem praedixit,
A mortuis surrexit,
Ad inferos descendit,
Quod condidit, redemit.
23. Zelus bonus et magnus,
Christus passus ut agnus
Surrexit de sepulchro,
Vivus ascendit sursum.

Cod. Bruxellen. 8860—67. saec. 10. in. — Rundreim nach jeder Strophe: Jam Christus resurrexit. — 1, 2 Lies dicite? — 3, 2 Testes. — 3, 3 Christus velli damnare. — 4, 1 salvatur. — 4, 3 Lies tradit? — 4, 4 argenteus. — 5, 1 Judas. — 6, 1 cunctis. — 6, 3 Perge ad. — 7, 2 zu sprechen estirpes. — 6, 4 Zu ergänzen dem Sinne nach ad. Über das Fehlen der Präpositionen vgl. Anal. VII, 14 Nr. 7. — 8, 4 Malchum aurem abscondit. — 10, 2 Spinea corona; zu sprechen espineam. — 11, 2 clavus. — 12, 1 Mixto. — 12, 2 Sprich espongia. — 12, 3 harundinem. — 12, 4 Putando. — 13, 3 lavabit. — 15, 1 latu. — 15, 4 mundo. — 18, 3 Lies: Disma [h]abuit fidem, oder Dismam abluit fides. — 18, 4 Gestas. — 19, 4 ille — 20, 1 salvare.

30. Feria Quinta Majoris Hebdomadae.

Ad Mandatum.

1. Quo amor est et caritas,
Ibi est Christi pietas,
Cujus amor et passio
Facta nostra salvatio.
2. Jucundemur exultantes,
Christum timendo amantes
Et nos ex corde sincero
Diligamus semper vero.
3. Qui non habet caritatem,
Christo aptat vanitatem,
Quam sectatur invidia,
Mors, luctus et miseria.
4. Verba Jesu hoc hortantur:
Ubi duo vel tres fantur
De me, horum sum medio,
Hos ducens sine taedio.
5. Congregemur mente pura
Profugata lite dura,
Cessent maligna jurgia,
Sic Christi adest curia.
6. Caritas est summum bonum,
Trinitatis amplum donum,
Per quam nova et antiqua
Involvuntur Christi plica.
7. Da nobis, rex Jesu Christe,
Ne nos damnet mundus iste,
Ad te ducem confugere
Et tecum semper vivere.

Direct. chori Hallense ms. anni 1532. Cod. Bamberg. Ed. VI 3. —
Mit der Ausrift: „Mandatum novum“. Vgl. Anal. XII, Nr. 27.

31. Sabbato Sancto.

Ad Fontem.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Audite vocem hymni
Et vos, qui estis digni,
In hac beata nocte
Descendite ad fontes.</p> <p>2. Currite sicut cervi
Ad fontes vivos verbi,
Bibite aquam vivam,
Habetis plenam vitam.</p> <p>3. Donatur nobis signum
A salvatore dignum,
Qui pependit in ligno,
Tradidit nos baptismo.</p> <p>4. Gaudete baptizati,
A Christo coronati,
Albam habetis vestem,
Chrisma peruncti estis.</p> | <p>5. Kandidati jam estis,
Chrisma peruncti estis,
Hysopo emundati,
Ad fontes vivos renati.</p> <p>6. Mundate corda vestra,
Ut crescat fides vestra,
In ipsa permanete,
Semper Deum timete.</p> <p>7. Ex Aegypto venerunt,
Qui mare transierunt,
Virtutes cogoverunt
Et laudes cantaverunt.</p> <p>8. Gloria tibi, Christe,
Qui regis nos benigne,
Tu miserere nobis,
Qui passus es pro nobis.</p> |
|---|--|

Grad. ms. saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 13. — Mit Mel. und folgender Notiz: Hoc expleto incipit omnem ritum baptismi pabulum, quousque stella in coelo apparuit. Visa stella incipit tertia litania; ter pronuntiatur terque respondetur. — 1, 3 Bibete. — 3, 1 Donator. — 3, 2 Ad salvatorem. — 4, 2 Ad Christo. — 5, 1 fehlt eine Silbe; jam ergänzt. — 6, 4 Eine Silbe zu viel; lies nati? — 6, 2 vestras. — 6, 3 ipsum. — 8, 2 regis hanc, über letzterem nos.

32. De Vulneribus DN.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Pange, lingua, gloriosa
Vulnerum solemnia,
Mentis cedant nubilosa,
Serena sint omnia,
Ut laudentur amoenosa
Summi regis stigmata.</p> <p>2. Pessumdata luctuosa
Crucis ignominia,
Vivae carnis triumphosa
Receptae lactitia
Quina sibi speciosa
Servavit monilia.</p> <p>3. Corpus vere suscitatum
Praebuit palpabile,
Non figura simulatum
Phantasiae simile.
Resurrectionis gratum
Munus dat credibile.</p> | <p>4. Veneremur Christi mire
Praelaram potentiam,
Qui veternam mortis dirae
Mutavit sententiam,
Pristinam filiis irae
Reddens innocentiam.</p> <p>5. Redemptori laudum vota
Reddant cosmi climata,
Stigmatum cruore lota
Per tanta charismata,
Jubilando solemnizet
Nova psallens dragmata.</p> <p>6. Laus aeterno genitori
Et coaevo filio,
Laus amborum unitori,
Pneumati salvifico,
Cujus gubernatur mundus
Dulci beneficio.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Fredeslariense saec. 13. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 139. add. saec. 14. A. — Brev. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 146. add. saec. 14. B. — Antiph. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 129. C. — Antiph. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 124. D. — Brev. ms. Carmelitarum saec. 15. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 38. E. — 1, 4 sint fehlt B. — 2, 1 Pessum luctuosa dat E, luctuosa data B. — 2, 5 Communia sibi E. — 3, 3 stimulatam E. — 3, 6 dat terribile B. — 4, 3 Qui aeternam C. — 5, 2 Reddunt E. — 5, 3 Stigma B. — 5, 6 dogmata B. — 6, 3 unctori BE.

33. De Vulneribus DN.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Fit porta coeli pervia
Per pretiosa vulnera,
Quae filius altissimi
Tulit pro vita saeculi.</p> | <p>2. Ab hostium formidine
Et noxium phantasmate
Et a morte perpetua
Nos tua salvet gratia.</p> |
| <p>3. O lux beata trinitas
Et simplex una deitas,
Aeterne rex altissime,
Nos jungas coeli curiae.</p> | |

Brev. ms. Fredeslariense saec. 13. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 146. add. saec. 14. A. — Brev. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 139. add. saec. 14. B. — Antiph. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 129. C. — Antiph. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 124. D. — Brev. ms. Carmelitarum saec. 15. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 38. E.

34. De Vulneribus DN.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Vexilla regis prodeunt,
Fulgent praeclara vulnera,
Quae caro Christi pertulit,
Dum mortem crucis subiit.</p> | <p>3. O salutaris hostia,
Perlustrans cordis intima,
Quae concitas in jubulum
Praecordia fidelium.</p> |
| <p>2. Byssina stola principis
His purpurata flosculis,
Qua redimitus hostiam
Patri libat pacificam.</p> | <p>4. Triumphalis, spectabilis
Et virtus admirabilis,
Christus pro peccatoribus
Tot tritus est vulneribus.</p> |
| <p>5. Adoremus salvifica
Superni regis stigmata,
Praesentis festi gaudia
Recolendo per saecula.</p> | |

Brev. ms. Fredeslariense saec. 13. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 146. add. saec. 14. A. — Brev. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 139. add. saec. 14. B. — Antiph. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 129. C. — Antiph. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 124. D. — Brev. ms. Carmelitarum saec. 15. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 38. E. — 2, 3 redimitis BE. — 3, 1 salutaris praecordia E. — 4, 1 O principalis spectabilis B. — 4, 2 Ut virtus B. — 5, 4 Recolenda per gaudia E.

35. De Cruce DN.

1. O crux ave sanctissima,
Spes nostra nobilissima,
Salus mundi verissima,
Omni laude dignissima.
2. In te Jesus dulcissimus
Pependit amantissimus,
Rex noster invictissimus,
Per quem salvari cupimus.
3. Qui te portare voluit
Et stans in cruce doluit,
Cujus amor apparuit,
Pro nobis dum occubuit.
4. O crux plena dulcedinis
Et summae pulchritudinis,
Aspersione sanguinis
Mundificans cor hominis.
5. Qui te laudare nititur
Et dulciter complectitur,
Beatus, qui te sequitur,
Donec vivit et moritur.
6. O crux sole splendidior,
Omni melle suavior,
Tu amore praeclarius
Et balsamo fragrantior.
7. O bona crux amabilis,
In cunctis delectabilis
Et portus venerabilis
Ac valde honorabilis.
8. O crux, decor et gaudium,
Sapor et odor cordium,
Piae mentis solatium,
Et dulce refrigerium.
9. Amor crucis eximius
Nos inflammet interius,
Nihil sit nobis dulcius,
Quam crucifixus Dominus.
10. Sit crucifixo gloria,
Cui benedicant omnia,
Sibi virtus, imperia,
Clara laudum praeconia.

Orat. ms. S. Servuli Venetiarum saec. 15. Cod. Marcian. L III 32. —
6, 3 Tu amor es. — 8, 4 fehlt eine Silbe; et ergänzt.

36. De Corona DN.

Ad Nocturnum.

1. Congressae Sion filiae,
Sertum videte gloriae,
Quod tradidit ecclesiae
Sponso mater perfidiae.
2. Omissa spina criminis
Spinam pensate numinis,
Conum pungentem capitis
In forma diadematis.
3. Res mirae legis veteris
Latent in arca foederis,
Cujus labrum si videris,
Coronam hanc amplecteris.
4. Ornatur autem regio
Forma teres mysterio,
Christus de jure patrio
Judae successit solio.
5. Nec vane tamen pungitur
Spina, qua dum configitur,
Aerumna culpae luitur,
Et gratia revertitur.
6. Amoris magni speculum
Redemptionis populum,
Refectionis poculum
Spinac produxit jaculum.
7. Devotis ergo faucibus
In spinae foraminibus
Moreris, homo, trucibus
Lae sugens ex sanguinibus.
8. Ex quibus quoque poteris
Haurire vinum, sceleris
Punctuum memor vulneris,
Cum puncto dum compungeris.

9. In altis patri gloria
Pro filii victoria
Cum spiritus concordia
Per infinita saecula.

Brev. ms. Cisterciense saec. 15. Cod. Darmstadien. 1083.

37. De sancta Lancea.

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| 1. Christus nos pascit corpore
Et inebriat sanguine,
Qui pro nobis accipere
Mortem decrevit pridie. | 3. Vulnus et cruor corporis,
Medullarum concussio,
Christus in ara placide
Pro nobis planxit hodie. |
| 2. Beata spes mortalium
Verumque nostrum gaudium,
Christus in cruce cithara
David canit hymnidice. | 4. Verum pascha et transitus
Pastor ovium [factus est],
Ovem reducens perditam,
Quam diu sic quaesierat. |

5. Gloria tibi, Domine,
Pro nobis passo pridie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Brev. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — 1, 1 Christus servo nos pascit corpore Hs. — 1, 3 Qui pro nobis pridie. — 1, 4 Mortem decrevit accipere. — 2, 2 que ergänzt. — 5, 2 Qui pro nobis pateris pridie.

38. De Clavo DN.

- | | |
|---|---|
| 1. Plaude, turba Senensium,
Dono coelesti praedita,
Bonorum sunt immensium
Sacrata in te posita. | 5. O hospitale dominae,
Factum es felicissimum,
Nostri Jesu reliquiae
Te reddunt valde inclitum. |
| 2. O Sena, felix civitas,
Civitas dicta virginis,
Tua stupenda dignitas
Implevit omnes gaudiis. | 6. Mercator venerabilis
Ille, qui tibi talia
Corde devoto attulit,
Coronetur in gloria. |
| 3. Quia, ecce, quo Franciam
Fecit esse mirabilem,
Clavus Christi in gloriam
Tibi inaestimabilem. | 7. In gloria et jubilo
Pleni Senenses concinant,
Et gratiarum actio
Et opera permaneant. |
| 4. O cum quam grandi studio
Helena sancta circuit,
Habere, quod cum gaudio
Sena tenere meruit. | 8. Renoventur in spiritu
Religiosi sedule,
Crucis Christi intuitu
Sint in devoto plangere. |

9. Clavus corda crudelium
Scindat et reddat avida
Ad pium desiderium
Et ad plangenda vulnera
10. Christi, in cujus manibus
Fixus fuit durissime,
Nec minus in visceribus
Suae matris sanctissimae.
11. O mater beatissima,
Tuae sanctae reliquiae
Implent corda laetitia,
Cunctae liquescunt animae.
12. Et pro sanctis apostolis
Simul et pro martyribus
Civitas est in cymbalis
Cum gaudiis sonantibus.
13. Gloria Deo Domino,
Patri natoque virginis
Cum spiritu paraclito
In aeternum a saeculis.

Cod. Barbarin. XI 95 saec. 15. — 3, 1 lies qui Franciam?

39. De Sepulchro DN.

Ad Vesperas.

1. Victima paschalis, dulcore Deo specialis,
Qua nunquam Domino dulcior ulla fuit,
2. Est bene tunc frixa, dum carne fuit crucifixa,
Exanime corpus pertulit arca sua.
3. Virginis ut corpus pertransiit ille sepulchrum,
Passibile mater, hoc sine morte dedit.
4. Illa redemptorem pariendo contulit orbi,
Regnantem coeli subdidit illa polo.
5. Utrobique tamen permansit et Ezechielis
Porta Dei clausa, gaudeat orbis ei.
6. Virgo gerit pugilem, victorem contulit arca,
Incorrupta prior, tumba foetore sine.
7. Gloria sit Domino, qui sacro claruit antro,
Flamine cum sancto laus, decus atque patri.

Brev. ms. Wratislaviense saec. 15. Cod. Civit. Wratisl. M. 1155. —
4, 2 Regnantem coelibus Hs. — 6, 2 Et corrupta prior Hs.

40. De Sepulchro DN.

Ad Completorium.

1. Tumba sacrum novit illud nova claudere corpus,
Alterius virgo postque nec ante tulit.
2. Nobilis o tumba, sanctissime Christe sepulte,
Tu benedic, salva, Christe sepulte, juva.
3. Virgo, Deum placa, quae virgo Deum genuisti,
Tumba malum mina, daemonis abde minas.
4. O mors, morte tua mortem bona mortificasti,
Vita [tumba] tua vivida cuncta facis.

5. Consepeli tibi nos, rex regum, Christe sepulte,
Consurgamus uti laudibus arce poli.

6. Gloria sit Domino, qui sacro claruit antro,
Flamine cum sancto laus, decus atque patri.

Brev. ms. Wratislariense saec. 15. Cod. Civit. Wratisl. M 1155. —
Scheint ursprünglich wohl nur Divisio des vorhergehenden Hymnus.

41. In Litaniis Majoribus.

R° Christe, tuo liberati
miserere sanguine.

- | | |
|--|---|
| 1. Aures flecte pietatis
et extende dexteram
Lacrimanti pro peccatis
et gementi populo. | 9. Sectis genibus misellae
Mulieres rugiunt,
Raptis fetibus affectis
Paganorum lusibus. |
| 2. Animalia, jumenta,
Coeli volatilia,
Nos praecedunt naturale
Observando ordinem. | 10. Bella desunt nec in nobis,
publice vigilia
Nostri nobis adversantur
pacis adversarii. |
| 3. Mala, nostris pro commissis
Quae meremur, Domine,
Jam suprema feriendo
Antecedunt tempora. | 11. Memor esto manus tuae,
quod sit homo luteus,
Testae fragilis ad instar,
fabricator pulveris. |
| 4. Coelum, terram, mare duo
Atque luminaria
Consueta famulari,
denegant obsequia. | 12. Verberati jam furoris
virga tui morimur,
Quare conteris humanum
genus sicut paleas? |
| 5. Plura sunt, quam sepeliri
valeant, cadavera,
Pro foetore mortuorum
moriuntur alii. | 13. Mala nostra superpendis,
nos aequamur canibus,
Misereri si desistis,
velut fumes erimus. |
| 6. Qui residui sunt, modo
moriuntur subito
Fame panis pro peccatis
atque pestilentia. | 14. Manus tua nisi parcat,
nil erit, quod punies,
Nihil erit meritorum,
quod sit dignum munere. |
| 7. Olim unus famulorum
plebis tuae, Domine,
Mille terruit, fugabat
duodecim milia. | 15. Licet tarde jam conversi
totis ad te viribus,
His verberibus afflicti
postulamus veniam. |
| 8. Versa vice paganorum
unus decem milia,
Pro dolor, et duo pene
superant ecclesiam. | 16. Si, pater, est castigatus,
miserere filiis,
Te crudelem sustinere
nequit caro misera. |

17. Crucifixe, famulorum
da delictis veniam,
Tibi sit cum patre sancto
spirituque gloria.

18. Summae sanctae trinitati
sit honor et gloria,
Ut laudetur nomen tuum,
dona indulgentiam.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano saec. 10/11. Cod. Angelicus B III 18. —
Nach jeder Strophe wiederholt sich der Rundreim. — 8, 3 Pro dolore duo
pene. — 13, 2 non aequamur. — 15, 3 His veribus. — 16, 1 Sic pater. —
18, 1 trinitatis.

42. In Ascensione DN.

1. Ascendit in coelos Deus,
Altissimi proles Dei,
Cujus levatus dextera
Assumptus est in aethera.

4. Illi repleti gaudio
Haec audientes conciti
In urbis altae moenia
Se gratulanter conferunt.

2. Stabant duo illic angeli
Albis amicti vestibus,
Qui voce clara apostolos
Affantur his sermonibus:

5. Hic semper in coenaculo
Jejuniis ac laudibus
Vacando sanctum invocant
Et praestolantur spiritum.

3. Viri, quid admiramini
Sursum tuentes sidera?
Hic Jesus olim sic redit,
Ut visus est nunc scandere.

6. Et nos tui nunc servuli
Te deprecamur supplices,
Ut nobis sancte jugiter
Assis favendo spiritus.

7. Deo patri sit gloria.

Brev. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 387. A. — Psalt. ms.
S. Laurentii Sangallen. saec. 15. Cod. Sangallen. 16. B. — 5, 1 Sic semper
B. — 6, 3 Ut nos sancte A.

43. De Sancto Spiritu.

Ad Vesperas.

1. Gratia tua, spiritus,
Praesens sit nobis omnibus,
Quae corda nostra visitet
Atque in eis habitet.

4. Sine te nihil possumus,
Nos ergo a te poscimus,
Ut preces, quas nos fundimus,
Dignae sint tuis auribus.

2. Expulsis inde vitiis
Et omnibus malitiis
Ac nostrae mentis tenebris
Simul cum immunditiis.

5. Per te quies sit temporum,
Vitae detur solatium,
Pacis redundet commodum,
Sedetur omne scandalum.

3. Amator tu paraclite,
Unctionem tuam mitte
Cordi nostro et animae
Cum tuo claro lumine.

6. Praesta hoc, pater optime,
Christe, tu nate maxime,
Atque tu, spiritus alme,
Qui regnas omni tempore.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 482. — Aus einem Cursus de S.
Spiritu. — 6, 3 tu sancte spiritus alme Hs.

44. De Sancto Spiritu.

Ad Completorium.

1. Te nunc precamur, spiritus,
Emitte nobis coelitus
Dona tua et munera
Ad nostra dura pectora.
2. Noctem obscuram remove,
Omne delictum ablue,
Nobis medelam tribue
Jam et in omni tempore.
3. Praesta, pater piissime,
Praesta per alium spiritum,
Sine quo labor deficit
Et nihil dignum efficit.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 482.

45. De Sancto Spiritu.

Ad Primam.

1. Jam nunc, paterna trinitas,
Exaudi precesque nostras,
Ut in diurnis actibus
Nos serves a nocentibus.
2. Visum fovendo contegas
Linguamque nostram [dirigas]
Et actus nostros ordina
Cordaque nostra subleva.
3. Illud concede, trinitas
Et indivisa unitas,
Domas regens pacificas
Aetates per interminas.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 482.

46. De Sancto Spiritu.

Ad Tertiam.

1. O lux, beata trinitas,
Et principalis unitas,
Dignare cor accendere
Atque tibi attendere.
2. Sciamus te diligere
Atque mundana spernere,
Mores nostros corrigere,
Bona aeterna poscere.
3. Illud concede, trinitas.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 482. — 2, 1 Ut sciamus te Hs.

47. De Sancto Spiritu.

Ad Sextam.

1. Rector trinus per omnia
Et unus in substantia,
Rege tua ovilia
Daque eis utilia.
2. Absterge omne noxium
Fugaque omne pessimum,
Confer salutem corporum
Veramque pacem cordium.
3. Istud concede, trinitas.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 482. — 1, 4 Daque ei Hs.

48. De Sancto Spiritu.

Ad Nonam.

- | | |
|---|--|
| 1. O trinitas laudabilis,
Esto nobis placabilis,
In omnibus laudabilis
Scutumque in periculis. | 2. Illumina cor hominum,
Absterge sordes mentium,
Resolve culpae vinculum,
Everte moles criminum. |
| 3. Istud concede, trinitas. | |

Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 482. — 1, 3 wohl verschrieben. —
2, 1 Illumina corda Hs.

49. De Sancto Spiritu.

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Te deprecamur, trinitas,
Ante noctium tenebras,
Ut pie nobis remittas
Omnia mala et culpas. | 2. Artus solutos recrea
Mentesque fessas alleva,
Noctem quietam nobis da
Nobiscumque sit pax tua. |
| 3. Istud concede, trinitas. | |

Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 482. — 1, 1 Te Deum precamur Hs.

50. In Pentecoste.

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Anni peractis mensibus
Tanta recurrunt gaudia,
Votisque dudum credulis
Optatus advenit dies. | 3. Sic namque filius Dei
Apostolis sponderat,
Celsos petisset cum polos,
Missurum sanctum spiritum. |
| 2. In quo spiritus Domini
Terras replevit gaudiis,
Coelestia adventus sui
Mundo decurrunt lumina. | 4. Quod est probatum testibus
Apostolorum vocibus,
Cum sint diversis oribus
Variis locuti gentibus. |
| 5. Tanto redempti munere
Patris ac nati spiritus
Juges agamus gratias
Deo perenni saeculo. | |

Brev. ms. Halberstadiense saec. 15. Cod. Wernigeroden. Za. 42. — 1, 3
credula Hs. — 3, 1 Te namque Hs. — 5, 3 Ingens agamus Hs. — Vgl.
Stephenson 95.

51. In Festo Corporis Christi.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Ad coenam agni providi
Et stolis albis candidi
Post transitum maris rubri
Christo canamus principi. | 2. Cujus corpus sanctissimum
In ara crucis torridum,
Cruore ejus roseo
Gustando vivimus Deo. |
|---|---|

- | | |
|--|--|
| <p>3. O vere digna hostia,
Per quam Christi vestigia
Sequentibus laetitia
Hic et in poli curia.</p> | <p>4. Quibus vitae substantiam
Hora sui memoriae
Carnem suam per propriam
Subministrat quotidie.</p> |
| <p>5. Praesta, pater, per filium,
Praesta per alium spiritum,
Quibus hoc das edulium,
Prosperum serves exitum.</p> | |

Brev. ms. Langheimen. saec. 14. Cod. Bamberg. Ed VI 11. add. saec. 15. A. — Brev. ms. Ebracense saec. 12. Cod. Herbipolen. Mp. th. f. 110. add. saec. 14/15. B. — Noct. ms. Ebracense saec. 14. Cod. Herbipolen. Mp. th. O. 9. add. saec. 15. C. — Hymn. ms. Egmontensis saec. 15/16. Cod. Hagen. X 1. D. — Hymn. ms. Egmontensis saec. 14/15. Cod. Hagen. X 4. E. — DE beginnen mit Str. 3.

52. In Festo Corporis Christi.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. O fidei mysterium,
Mundos, fortes nos effice,
Quo intremus in gaudium
Trinitatis deificae.</p> | <p>3. Quaesumus, auctor omnium,
Ut hoc vitae mysterio
Ab omni mortis impetu
Tuum defendas populum.</p> |
| <p>2. Ut cum sanctis feliciter
Conregnantes praeconia
Tibi laudum perenniter
Immolemus in gloria.</p> | <p>4. Praesta, pater, per filium,
Praesta per alium spiritum,
Quibus das hoc edulium,
Prosperum serves exitum.</p> |

Brev. ms. Langheimense saec. 14. Cod. Bamberg. Ed VI 11. add. saec. 15. A. — Brev. ms. Ebracense saec. 12. Cod. Herbipolen. Mp. th. f. 110. add. saec. 14/15. B. — Brev. ms. Ebracense saec. 14. Cod. Herbipolen. Mp. th. O. 9. add. saec. 15. C. — Hymn. ms. Egmontensis saec. 15/16. Cod. Hagen. X 1. D. — Hymn. ms. Egmontensis saec. 14/15. Cod. Hagen. X 4. E. — In ABC Divisio des vorhergehenden Hymnus; in DE mit Str. 3 und 4 des vorhergehenden ein Hymnus ad Laudes. — 2, 2 Conregnantes per omnia A. — 2, 3 laudum perennia A.

53. In Festo Corporis Christi.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Sacro tecta velamine
Pietatis mysteria
Mentes pascunt dulcedine,
Quas satiant coelestia.</p> | <p>3. Splendor superni luminis
Laudisque sacrificium,
Coenam tuam da numinis
Tui post carnis transitum.</p> |
| <p>2. Sit ergo cum coelestibus
Nobis commune gaudium,
Illis, quod se praesentavit,
Nobis, quod se non abstulit.</p> | <p>4. Saturatus opprobriis
Adhuc cruci configeris
Et irrisus ludibriis
Crudeli morte plecteris.</p> |

5. Tu enim, coeli gloria,
Lux beata credentium,
Redemptionis hostia,
Tuarum pastus ovium.
6. Cujus cultu memoriae
Dirae mortis supplicio
Nos de lacu miseriae
Educ, qui clamas: sitio.
7. Praesta, pater, per filium,
Praesta per alium spiritum,
Quibus das hoc edulium,
Felicem dones exitum.

Noct. ms. Cisterciense saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 2880. — Das Brevier stammt augenscheinlich aus einem niederländischen Cistercienserinnenstifte, wie die Eintragung: domicellae Elisabeth de Bommel, bezeugt.

54. In Festo Corporis Christi.

Ad Laudes.

1. O vere potens victima,
Holocaustorum optima
Cunctaque sacrificia
Perficiens legalia.
2. Non agnum neque vitulum
Nobis offers in pabulum,
Immo subcinericium
Das panem, corpus proprium
3. Tradis in potum sanguinem
Bene procurans hominem
Hic in praesenti gratia,
Ut vivat post in gloria.
4. Os tangis signi specie,
Cor tangis rei serie,
Pascis panis in nubilo.
Pascas in rei júbilo
5. Honor et laus ingenito
Patri et unigenito
Cum spiritu paraclito
Pro sacramento tradito.

Brev. ms. Speciosae Vallis saec. 14. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 150.

55. In Festo De Corporis Christi.

Ad Completorium.

1. Ad coenam paschalis agni,
Qui in mensa regis magni
Cibatur a fidelibus,
Christo sit laus ab omnibus.
2. Cujus corpus crucis ara
Morte sui dum amara,
Cruore ejus roseo
Gustando vivimus Deo.
3. O vere digna hostia,
Quae spoliis daemonia,
Captivis das remedia
Vitae praestando praemia.
4. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto flamine
Nunc et semper sine fine.

Psalt. et Hymn. ms. S. Laurentii Lausamen. saec. 13. Cod. Lausamen. V 1184. A. — Offic. ms. BMV. saec. 15. Cod. S. Nicolai Friburgen. s. n. B. — Brev. Lausannense imp. 1509. C. — Mel: A solis ortus cardine A.

56. In Festo Corporis Christi.

Ad Completorium.

1. In suis filiis mater ecclesia
Sinceris mentibus, dulci melodia
Devote recolat haec pia gaudia,
Ut digne laudetur divina sophia.
2. Cum nostrae facta sit salutis hostia,
Quamdiu mundus est, nostra flagitia
Non cessat tollere, operatoria
Est quoque virtutum et harum gloria.
3. Amoris validi cogente copia
Se nobis reliquit, se dat cibaria
Mentis et corporis, sui memoriam,
Coelestis aditus introductoriam.
4. Pater et filius atque concordia
Aeternae gloriae donet convivium,
Ut sine termino laudum praeconia
Solvamus jugiter in vera patria.

Brev. ms. Heilsbronnense saec. 15. Cod. Erlangen. 704. A. — Brev. ms. Heilsbronnense saec. 15. Cod. Erlangen. 796. B. — Brev. ms. Langheimense saec. 14. Cod. Bamberg. Ed VII 7. add. saec. 15. C. — Brev. ms. Langheimense saec. 14. Cod. Bamberg. Ed VI 10. add. saec. 15. D. — Brev. ms. Langheimense saec. 14. Cod. Bamberg. Ed VII 11. add. saec. 15. E. — Brev. ms. Ebracense saec. 12. Cod. Herbipolen. Mp. th. f. 110. add. saec. 14/15. F. — Brev. ms. Ebracense saec. 14. Cod. Herbipolen. Mp. th. O. 9. add. saec. 15. G.

57. In Translatione s. Sanguinis.

- | | |
|---|--|
| 1. O lapis, salus hominis,
O flos et fructus virginis,
Prae nive candens oreris,
Prae rosa rubens moreris. | 4. Manus pedesque pateris
Clavari, tandem lateris
Apertione profuit
Sanguis, qui mundum abluit. |
| 2. Candens ex innocentia
Rubes ex patientia,
Dum fundis propter hominem
Septena vice sanguinem. | 5. Hic cruor lavat crimina,
Hic coeli pandit limina,
Hic cordis sitim terminat,
Hic mens virtutes germinat. |
| 3. Tu puer circumcideris,
Sudore rubro tingeris,
Cruentat flagellatio
Te, demum coronatio. | 6. De salvatoris fontibus,
Innocui cum sontibus,
Haurite, quo mundemini,
Vivatis, fecundemini. |
| 7. Sit trinitati gloria
Pro sanguinis victoria,
Qui superatis hostibus
Nos coeli reddit postibus. | |

Brev. ms. Gengibacense saec. 13. Cod. Carolsruhan. Geo. 22. — 5, 1
Sic cruor Hs.

58. In sancti Salvatoris.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Berithi dum Christicola
Urbis maneret incola,
Uni colenti idola
Suam locavit cellulam. | 4. In Christi contumeliam
Illi facit injuriam
Et multam verecundiam
Hunc accusans praesulibus. |
| 2. In qua cum fit convivium,
Tunc unus discumbentium
Videns miratur nimium
Salvatoris imaginem. | 5. Qui accusam recipiunt
Concilium et faciunt
Et accusatum cupiunt
Propter iconam laedere. |
| 3. Et commotus in furia
Dicit danti convivia:
Lege vivens Hebraica
Adoras Christi statuam? | 6. Sit salvatori gloria,
Cujus iconae Syria
Multa fecit opprobria,
Et nunc et in perpetuum. |

Brev. ms. S. Gratae Pergamen. saec. 15/16. Cod. Ambrosian. T 43 sup. —
2, 3 mirantur. — 3, 3 Hebraea. — 5, 1 Lies Qui ac causam?

59. In sancti Salvatoris.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Imago patris unice,
Tibi psallentes respice,
Tuo redemptos sanguine
Ab omni purga crimine. | 3. Ut quondam carne languidos
Ligni cruore validos
Fecisti, sic nos crimine
Sancto munda spiramine. |
| 2. In forma primo carnea
Idemque passus lignea,
Mundo salutis gaudia
Mandans per crucis praemia. | 4. Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus praemium,
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper saecula. |

Brev. ms. S. Gratae Pergamen. saec. 15/16. Cod. Ambrosian. T 43 sup. —
3, 4 Sancto mundi.

60. In sancti Salvatoris.

In 2 Vesperis.

- | | |
|---|---|
| 1. Salvator mundi, Domine,
Patris nate de lumine,
Intende preces supplicum
Et solve nexus criminum. | 3. Colaphis et opprobriis,
Flagris et poenis variis
In ligno tunc pro miseris,
Ut quondam carne, tunderis. |
| 2. Qui primum propter hominem
Carnis fudisti sanguinem,
De ligni quoque schemate
Sacrato rubes aemate. | 4. Nunc, Christe, votis omnibus
Tibi grates referimus,
Tu solita clementia
Nostra dele flagitia. |
| 5. Sit, Christe, rex piissime,
Tibi patrique gloria
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Brev. ms. S. Gratae Pergamen. saec. 15/16. Cod. Ambrosian. T 43 sup. —
2, 4 aemate = ἀΐματι. — 3, 4 tunderis.

61. In Sancti Salvatoris.

Ad Vesp. et Laud.

- | | |
|--|---|
| 1. Apparuit benignitas
Omnipotentis Domini,
Noctis illustrans semitas
Et reddens caecos lumini. | 4. Sacrae latus imaginis
Ferro confossum scinditur,
Aquae rivus et sanguinis
Foris ubertim mittitur. |
| 2. Pati dignatur iterum
Rex potens in certamine,
Ut credat genus miserum
Verbum patris in homine. | 5. Sanat quoscunque languidos
Sanguis a ligno proditus,
In Christi laude fervidos
Reddit lux missa coelitus. |
| 3. Sanctum Christi persequitur
Nomen Judaea rabies,
Diris flagris afficitur
Ejus dulcis effigies. | 6. Stupens Judaea natio
Sanctum baptismum suscipit,
Rectorum generatio
Sic incrementum rapuit. |
7. Laus tibi, Christe Domine,
Qui solvis nostra vincula,
Patri cum sancto flamine
In sempiterna saecula.

Brev. ms. S. Trinitatis in Alpibus anni 1455. Cod. Laurentian. Conv. sup. 512. add. saec. 15. A. — Breviarium Vallumbrosanum imp. s. l. et a. B. — 4, 2 confossum AB.

62. In Sancti Salvatoris.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| 1. Regi superno psallite,
Qui facit mirabilia,
Et admirantes cernite
Salvatoris prodigia. | 4. Imago Christi caeditur
Septa corona spinea,
Ligno clavis affigitur
Et perforatur lancea. |
| 2. Dum Judaeorum pessima
Beryti saevit concio,
Christi quondam durissima
Renovellatur passio. | 5. O res valde mirabilis
Magno tollenda nomine,
Species insensibilis
Aqua fluit et sanguine. |
| 3. Qui dudum crucifixerant
Aeterni patris filium,
Ejus iconam lacerant
Et ponunt in opprobrium. | 6. Hic cruor aegros liberat
A variis languoribus,
Christum Judaeis reserat,
Quos sacris jungit ovibus. |
7. Te, summa Deus trinitas,
Collaudet omnis spiritus,
Quos per crucis mysterium
Salvas, rege per saecula.

Brev. ms. S. Trinitatis in Alpibus anni 1455. Cod. Laurentian. Conv. sup. 512. add. saec. 15. A. — Brev. Vallumbrosanum imp. s. l. et a. B. — 2, 2 Berinthe AB. — 3, 3 iconam AB, laeserant B. — 5, 2 tollendi AB. — 6, 3 Judaei AB, reserant B.

63. In Apparitione ejusdam miraculi Corporis Christi.

Ad Vesperas.

1. Jesu, creator orbis et redemptor,
Corporis sacri munera qui praestas,
Tribue nostris animis salutem
Sanguine tuo.
2. Tu nobis vitam praeparas felicem,
Panem et vinum dono tu concedis,
Regis quo nostros et gubernas actus
Pius et mitis.
3. Semper tu nostras illustrare terras
Mentesque summis confirmare signis
Curas et omnes salvos esse tuos,
Quos redemisti.
4. Non fuit nostris saeculis perlata
Fama tam grandis operis praeclari,
Ut Deus ipse tribuit benignus
Famulis suis.
5. Ut luce sexta creditur venisse
Coelo rex ille, miseratus nostra
Crimina ferre, uterum complere
Virginis almae.
6. Sic nobis demum incarnatus venit
Iterum dare populum salute,
Ferant ut omnes tanto sacramento
Laudes immensas.
7. Ergo tu, Christe, gaudia qui praestas
Vitae praesentis et futurae promissis,
Nobis adesto, supplices precamur,
Gratia tua.
8. Ut grates uno pariterque trino,
Totum qui regit et gubernat orbem,
Solvere queat munere pro tanto
Chorus hic noster.

Brev. ms. S. Ambrosii Florent. anni 1518. Cod. Laurent. Conv. sup. 90.

A. — Offic. ms. S. Ambrosii saec. 15. Cod. Florent. Magliabec. Cl. XXXVI.

70. B. — 2, 4 mictis A. — 3, 2 Mentesque suis summis confirmare si magis

A. — 7, 1 gaudia fehlt A. — 8, 3 queant A.

64. In Apparitione ejusdam miraculi Corporis Christi.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Rerum aeternae arbiter,
Noctis nostrae qui tenebras
Illustras tua gratia,
Largire nobis veniam. | 2. Ut insignis prodigii,
Quod tui colunt famuli,
Digne possimus agere
Puro corde solemniter. |
|---|---|

3. Excussa primum mentibus
Peccatorum caligine
Fideque recta cernere
Sic decet illam speciem.
4. Non unius imaginis,
Sed multiplex objicitur
Pro vitae sanctae merito
Et virtutis praeconio.
5. In fide vera dubio
Vel peccatorum pondere
Depresso nullo cernitur
Figura tam mirifica.
6. O alma spes credentium,
Per sacramenti meritum
Nostra resolve crimina
Sortis misertus pauperum.
7. Nos quoque tuae famulae,
Quae tanti sumus hodie
Miraculi participes,
Simus et regni gloriae.

Brev. ms. S. Ambrosii Florent. anni 1518. Cod. Laurentian. Conv. sup. 90. A. — Offic. ms. S. Ambrosii saec. 15. Cod. Florentin. Magliabec. XXXVI. 70. B. — 3, 3 Fide quem recta cerne A. — 4, 1 Nunquam hujus imaginis B. — 4, 2 Vultus plebs obliviscitur B. — 5, 1 In fide nec dubio A. — 5, 3 nulla B. — 6, 1 O fehlt A. — 7, 1 famulae; San Ambrogio war ein Benediktinerinnen-Kloster.

65. In Apparitione ejusdam miraculi Corporis Christi.

Ad Laudes.

1. Optata saeculis surgunt solemnna,
Quae nova perferunt animis gaudia,
Cum haec mirifica nobis sunt praestita
De fonte sancto gloriae.
2. Namque recolitur clarum prodigium,
In Christi corpore ostensum largiter,
Quod nos accepimus in fine saeculi
Miro patratum ordine.
3. Monstratur sanguinis figura sensibus,
Carnisque speciem vinum subinduit,
Sic ter convertitur terque dividitur
Trinam in partem veniens.
4. Quae demum trinitas una essentia
Monstrata claruit tanto miraculo,
Redit in pristina consorta cumulum
Novo mutandi genere.
5. Relata praesuli Dei magnalia,
Ornantur optime ampla prodigia,
Ter namque Dominus terret in somniis,
Quod nondum se remiserit.
6. Cunctorum protinus currit frequentia
Tantique muneris tendunt ad gratiam
Ejusque merito narrant insignia
In templo sancto Domini.

7. Te, sancta deitas unaque, poscimus,
Mentes ut abluas, crimina reseces,
Praestes et famulis aeterna praemia
Per cuncta semper saecula.

Brev. ms. S. Ambrosii Florentini anni 1518. Cod. Laurent. Conv. sup.
90. A. — Offic. ms. S. Ambrosii saec. 15. Cod. Florent. Magliabec. XXXVI.
70. B. — 3, 1 Mutatur sanguinis A. — 4, 3 concerta B. — 5, 3 terreat A,
somnia AB.

66. In Dedicatione Ecclesiae.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Hoc honoris tui templum
cum decoris gloria
Tibi, Christe, praeparatum
de supernis visita.</p> <p>2. Te precamur, hic adesto,
conditor sanctissime
Atque consecrator ipse,
hic adesto jugiter.</p> <p>3. Haec est tibi consecrata
micans aula similis
Hierusalem, quae est nostrum
celsa mater omnium.</p> <p>4. Cujus multae mansiones
insunt amplis moenibus,
Namque suis quisque sedem
sumit factis congruam.</p> <p>5. Mater ibi tua, Jesu,
turmas ducens virginum
Locum tenet intra laetae
muros urbis optimum.</p> | <p>6. Illic est apostolorum
sacer adest numerus,
Urbis celsae qui credenti
portas plebi reserat.</p> <p>7. Carmen Christo triumphale
chorus cantat martyrum,
Quanto plura passus isthic,
illic tanto laetior.</p> <p>8. Rectos corde cunctus unum
replet ibi gaudium,
Qui distincta pro distinctis
sumunt dona meritis.</p> <p>9. Exsultantes manifestam
Dei cernunt faciem,
Dant aequalem coaeternae
trinitati gloriam.</p> <p>10. Gloriosa Deo patri
dilectoque filio
Laus et honor et potestas
sit cum sancto spiritu.</p> |
|---|---|

Psalt. ms. Turicense saec. 12/13. Cod. Civit. Turicen. C 63. A. — Psalt.
ms. Augustanum saec. 15. Cod. Taurinen. E IV 27. B. — Brev. Augustanum
imp. 15**. C. — BC haben nur die Str. 1, 2, 3, 4, 10; von 3, 3 an ist der
Hymnus entlehnt aus dem alten Abedarius Anal. XII, 38. — 2, 1 Te de-
precamur BC; adesse B. — 4, 1 Hujus BC. — 4, 4 factis congruam fehlen
A. — 9, 2 faciem fehlt A. — 10, 4 atque sancto spiritu A.

67. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Christe immense dominator sancte,
Conversa plebem, quam tu redemisti,
Sanguine sacro tuo pretioso
Ipse salvasti.
2. Conserva plebem tuam, Jesu Christe,
Et fac haeredes tecum perseverent
Semper adsistant pariterque omnes
Laudes referre.

3. Tibi, redemptor almae, bone pastor,
Gratias tibi agimus immensas,
Tua nos semper dextera conserva
Per cuncta saecula.

Hymn. ms. Neapolitan. saec. 13/14. Cod. Neapolitan. VI G 29.

68. In Commemoratione Animarum.

1. Jesu, fili Dei, rex et sacerdos
Hostiaque digna, parce redemptis,
Animas purgandas pie consolans.
2. Tuorum spiritus carne solutos
Non tradas opprimi labe pollutos,
Sed mundatos a te releva puros.
3. Ne sinas amplius hos cruciari,
Pro quibus anima tua sacrata
Cruce laboravit caput inclinans.
4. Expansis manibus flens et lacrimans
Voceque valida clamans rogasti
Patrem pro salvandis, solve captivos.
5. Da eis quietis loca beata
Cum sanctis omnibus regno coelesti,
Ad quod sunt creati et recreati.
6. Aeterna gloria cito recepti
Exsultent amodo te collaudantes,
Te glorificantes atque dicentes:
7. Laus tibi, trinitas, laus et potestas,
Te laudant pariter sancti gaudenter
Sine fine laeti tecum amantes.

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — „Nota sicut: Martyr egregie.“

69. Lessus Poenitentis.

- | | |
|---|--|
| 1. Deus, orbis reparator,
lux aeternae gloriae,
Mihi, quaeso, poenitenti
praebe pius veniam. | 4. Nisi tu clemens mearum
lacrimarum rivulos
Ope tuae pietatis
digneris respicere. |
| 2. Ut commissa delitescant,
facinoris cumulus,
Quorum gravi mole cogor
anxiari spiritu. | 5. Ut ablata vitiorum
sorde puro pectore
Tibi regi sempiterno
grates queam solvere. |
| 3. En, ad rutila polorum
non sum dignus sidera
Infelices pro delictis
sublevare oculos. | 6. Ergo pius obstinati
duritiam corculi
Et mollesce et moerorem
sere medicamine. |

7. Qui cum patre sempiterno
regni tenes solium
In unitate perenni
atque sancto spiritu.

Cod. Capit. Veronen. 90 saec. 9. — 2, 1 delitescat. — 2, 4 anxiaris. — 4, 2 lacrimarum volis. — 4, 3 Opem. — 5, 1 oblata. — 5, 4 gratesque absolvere. — 6, 1 obstinate. — 6, 2 toreulis. — 6, 3 molleste et moerore. — 7, 2 tene.

70. Versus de Poenitentia.

1. Anima nimis misera,
Infelix, scelestissima,
Probra gessisti omnia,
Tormenta lues pessima.
2. Brevi pro luxu saeculi
Plorabis in perpetuum
Frustraque ab imo pectoris
Altis gemes suspiriis.
3. Caloremque libidimis
Luxuriando reficis,
Stridentibus in mediis
Flammis rugitus tribues.
4. Dedisti gulae operam
Saturatura ad crapulam.
Serpentibus flammivomis
Rodenda in visceribus.
5. Elegeras in gloria
Vana laetari modicum,
Ad imum usque foetidi
Humilianda barathri.
6. Fornicata es post idola
Sectando avaritiam,
Implenda plumbo, sulphure,
Pice, nigro bitumine.
7. Gaudensque malis proximi,
Invidens bonis socii,
Amare lutum nimium,
Dirum lues iudicium.
8. Haesisti omni vitio,
Omni digna supplicio,
Quapropter sine venia
Torqueberis per saecula.
9. In die, quando misera
Hoc absolveris corpore,
Cogita, quam terribiles
Tibi occurrent daemones.
10. Kaminus ignis torridi,
Vermes mortem impavidi,
Nox, grandio, gelu, glacies,
Pruina te suscipiet.
11. Laudes boni dabunt Deo,
Ardebis cum diabolo,
Et cui culpa similis,
Poena plecteris simili.
12. Magnus erit clangor tubae,
Quo mortui vivent saeclo,
Stolam binam justi sument,
Dupla morte tu peries.
13. Nulla erit his susceptio
Salutis vel remedii,
Janua clausa thalami
Complectis sponsi nuptiis.
14. O quam infelix anima,
Privata convivio,
Quae ultra in memoriam
Non revertetur Domini.
15. Pete Deo clementiam,
Ex toto corde veniam,
Fructusque poenitentiae
Dignos age in corpore.
16. Quam putas justus Dominus
Digna donabit meritis,
Si pro verbo inutili
Vindictam dat iudicii?
17. Recogita, miserrima,
Quae egisti in saecula
Et plora ante Dominum,
Ut det misericordiam.
18. Sola est namque gratia,
Lapsi qua solent surgere,
Qua publicanus, meretrix,
Latro salvatur credulus.

- | | |
|---|---|
| 19. Tua pone in faciem
Peccata, gesta noxie
Et poenas tibi debitas,
Sanctorum sedes lucidas. | 20. Venturum regem conspice
Paterna in majestate,
Ignem qui justis iudicis
Vultum praeibit fulgidum. |
|---|---|

Cod. Parisin. (ol. S. Martial.) 1154 saec. 10. Nach den ungeraden Strophen R° Lugendum nimis, quia aeternis es torquenda cruciatibus; nach den geraden: Succurre, Christe, quia benignus es, et da misericordiam. — 3, 4 tribuis. — 10, 3 Lies Nix? — 20, 4 praeibis.

71. Versus de ploratu poenitentiae.

1. Totius mundi machinae creator,
Qui poli summa resides in arce,
Aure clementi modo me misellum,
Deprecor, audi.
2. Non queo verbis tibi confiteri
Cuncta, quae coram mala te peregi,
Ablui postquam merui sacrati
Fontis in unda.
3. Fraude deceptus lubrici draconis
Non dedi factis requiem nefandis,
Dum mihi virtus fuit et facultas
Id peragendi.
4. Fraus, furor, luxus, crapula, libido,
Livor et zelus, dolus et cupido
Me suo sicut studuere servo
Semper abuti.
5. Tu procul hostem remove malignum,
Tu dolos ejus laqueosque rumpe,
In quibus strictum studuit frequenter
Me religare.
6. Unde, cunctorum dominator alme,
Me potes, si vis, scio, liberare
Et tua rursus pietate sacra
Purificare.
7. Ut dies casum mihi cum suprema
Vexerit mortis, precor, invenire
Nil in me possit ditionis suae
Pestifer anguis.
8. Angelus sed tunc mihi sanctus adsit,
Omnibus qui me vitiis piatum
Te, Deus, statim requiem iubente
Ducat ad almam.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 1154 saec. 10.

72. De eodem Argumento.

1. Christe, rex regum, dominans in aevum,
Lumen aeternum patris atque verbum,
Qui regis cunctum pietate mundum,
Factor egentum,
2. Flebilem multum miserere servum,
Mente corruptum recreans alumnum,
Sis memor dudum tibi recreatum
Atque redemptum.
3. Fac mihi signum, pie rex, benignum,
Quin et indignum, rogo, redde dignum,
Ut canam laudum tibi, Christe, metrum
Nunc et in aevum.
4. Corrigas ipsam, precor, alme, vitam,
Fraude devictam vitiisque tritam,
Ut tibi dignam, Deus, obsequelam
Jam modo solvam.
5. Tende praecelsam, precor, sancte, dextram
Et fuga foedam variamque lepram,
Pelle jam noxam, nimium nocivam
Delue culpam.
6. Expia vernam reparando formam,
Exhibe gratam citius medelam,
Forte ne taetram ruar in gehennam
Daemone plenam.
7. Nempe tu pridem, Deus, hunc in orbem
Veneras, omnem recreare plebem,
Omnibus pacem populisque lucem
Fore perennem.
8. Tuque mortalem, Deus alme, carnem
Sumpseras idem, homo factus autem
Fuderas dulcem simul et salubrem
Sponte cruorem.
9. Huncque per mortem religando fortem
Liberas omnem, reparator, orbem,
Vasa coelestem revehens ad arcem
Rege nitentem.
10. Tanta tu, pastor pariterque doctor,
Perpes adjutor jugis atque tutor,
Feceras, ductor, sator et redemptor,
Lucis et auctor.
11. Sis mihi factor, mihi sis et altor,
Esto protector jugiterque rector,
Esto defensor, necis o peremptor,
Semper et ultor.

12. Esto salvator simul et ducator,
Sis gubernator velut es creator,
Sis triumphator mihi sive victor
Et superator.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 1154 saec. 10. — Aufschrift: Versus cujusdam. — 4, 2 uniusque tritam. — 11, 1 Lies Sis mihi fautor?

73. De eodem Argumento.

R° O Deus, miserere,
Miserere servi,
Heu, quid evenit mihi!

- | | |
|--|---|
| 1. Ex quo enim me jussisti
Hunc in mundum nasci,
Prae cunctis ego amavi
Caritate pasci. | 9. Sed quid plura dicam tibi,
O pia lux saeculi?
Mala quoque, quae permisi,
Cuncta miser feci. |
| 2. Tu me, Domine, fecisti,
Ut servirem tibi,
Ego miser te dimisi
Et longe abivi. | 10. Ergo jam succurre fienti,
Domine, clienti
Scelera tibi fatenti,
Veniam petenti. |
| 3. Tu me quoque redemisti
De jugo servili,
Et ego te non agnovi
Nec ad te redivi. | 11. Affer opem indigenti
Jam manu clementi,
Vulnera quae det egenti,
Medere languenti. |
| 4. Mandata, quae praecepisti,
Proh dolor, reliqui,
Fateor voce lugubri,
Nimium deliqui. | 12. Subveni te invocanti
Et in te speranti,
Dextram da, quem redemisti,
Jam periclitanti. |
| 5. Almam legem, quam dedisti,
Denique neglexi
Et illa, quae vetuisti,
Avide dilexi. | 13. Interea omnes sancti,
Cohaeredes Christi,
Exorate prece dulci
Pro me infelici. |
| 6. Cuncta bona praeterivi
Animo libenti
Ac multa mala peregi
Pectore ferventi. | 14. Alma tu Maria, tui
Virgo mater Dei,
Interventu nunc salubri
Memor esto mei. |
| 7. Voluptates non dimisi,
Sed his me addixi
Et totius me peccati
Vinculis devinxi. | 15. Sancte Michael, insigni
Supplicato regi,
Deprecamur, atque cuncti
Angelorum chori. |
| 8. Iram tuam provocavi
Crimine frequenti
Ideoque te offendi
Offensa ingenti. | 16. Claviger quoque praecelsi,
Sancte Petre, regni,
Socios adjungens tibi
Preces funde patri. |

17. Martyrumque gloriosi
Beatorum globi,
Flagitate pro miselli
Peccatis alumni.

18. Patriarchae quin electi
Et prophetae sancti,
Suffragamini penitenti
Precibus clienti.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 1154. saec. 10. — „Versus Godeschalchi et oratio.“ — 4, 2 dolo. — 6, 3 Atque multa. — 10, 1 jam succu lenti. — 12, 3 quam. — 15, 2 Supplicator egi. — 15, 3 Deprecemur.

74. De Accusatione Facinoris.

1. Audi me, Deus, de coelo
respice me miserum
Pro tanta, quae egi infelix
prava in hoc saeculo.

2. Bonus es tu, Christe, cunctis
viviis atque mortuis
Mortuus et in sepulchro
mihi manum porrige.

3. Certus ego nequam ero
pro meo malo merito,
Si per baptismi lavacrum
non fuerit remissio.

4. Depravatus a peccato
periensque sitiens,
In labore juventutis
decepit me zabulus.

5. Ego omnia commisi
cum peccata impia,
Putas, ero remissurus
de igne perpetuo?

6. Felix, natus non fuisset,
nec talia agerem,
Multa mala feci miser,
non sum dignus vivere.

7. Gementem exaudi, Christe,
et succurre misero,
Dum in die magno illo
judicaveris saeculum.

8. [H]omni hora in inferno
modulantur animae,
Putas, ero remissurus
de fornace ignea?

19. Virgines o clarae, vestri
Per amorem sponsi
Memoramini nunc mei
Delictis oppressi.

20. Insuper vos, summi Dei
Confessores almi,
Opem ferte peccatori
Oratu instanti.

9. Ibi ignis est accensus,
sine fine terminus,
Inde miser contremisco
cum amaro gemitu.

10. Klaritas ibi clarescit
his, qui bene fecerunt,
Mihi semper praeparantur
lubrico incendia.

11. Lumen ibi non lucescit,
nec sol diem inluminat,
Sanctis ibi lumen erit,
mihi semper tenebrae.

12. Mala mea recognosco,
cujus fui famulus,
Tota prava et iniqua,
me cum illis devorant.

13. Non sunt ibi blandimenta
sicut hujus saeculi,
Sed judicia sunt recta,
ubi non sunt praemia.

14. Omnis homo est peccator,
nullus mihi similis,
Ego pater sum peccati
et Deo horribilis.

15. Pauperem non erogavi
neque Deum dilexi,
Miser ego, quid faciam
in die iudicii?

16. Quanta sunt ibi flagella
et tormenta impia,
Ubi vermes depascuntur,
qui dicunt blasphemiam.

17. **Reges, regna et tormenta**
sistant uno numero,
Ibi reddunt rationem
de quod male fecerunt.

18. **Sunt et dicunt ibi vera**
et recta judicia,
Ibi servus liber adstat
ante Dei praesentiam.

Cod. Bruxellen. 8860—67. saec. 10. in. — 1, 2 misero. — 2, 2 unus at-
que mortuis. — 7, 1 Geminatum exaudi. — 7, 4 Lies judicabis? — 9, 2
Lies termini? — 10, 1 Claritas. — 10, 4 lubricus incendiis.

75. De eodem Argumento.

R^o Jesu, clementer tribulantes subveni.

1. **Audi me, Deus, peccatorum nimium,**
Satis afflictum corpus vel spiritum,
Inique egi in conspectu Domini.
2. **Bona sunt lucra in terrena patria,**
Si quisque fruens cum divina gratia
Optime data de supernis militat.
3. **Coelum resplendet de sanctorum merita,**
Terra depremitt insita malitia,
Ego misellus incurri per tenebras.
4. **Deus aeterne, ad te clamo jugiter,**
Lumen effunde et fervorem tribue,
Tamdiu vixi in meis miseriis.
5. **Ecce, gravatus, per reatum saucius,**
Computruerunt cicatrices nimium,
Insipienter defluxi in laqueo.
6. **Facilis fui verbo et in opere,**
Subministravi ventrique ingluvie
Pocula miscens et Falerna plurimum.
7. **Gaudebam miser dignitate saeculi,**
Oblitus eram in mandatis Domini,
Cursus incertum rugiebam nimium.
8. **Heu, quid dicam, tristis cano carmina,**
Singultus gaudet, vocem nescit scilicet,
Peccavi, Deus, miserere, pietas.
9. **In bonis mihi reformare actibus,**
Quousque tandem vita fui reprobus,
Ut tibi psallam liberatus laudibus.
10. **Kastum conserva corpus atque animam,**
Iram repelle et furorem tempera,
Praesta, largitor, mihi patientiam.
11. **Labia et munda, pelle procul maculas,**
Sobrie vivam, Christi jussis paream,
In domo Dei ut lucerna ardeam.

12. Miserque homo vel qui tanta tempora
Vixi infelix in meis negotiis,
Auxi peccata, cumulavi crimina.
13. Nutritus demum vita regulariter,
In domo Dei conversavi dulciter,
Jugum suscepit, Christianus habitum.
14. Ortat me sermo fragilem dominicus,
Quacunq; die peccator revertitur,
Visum divina gratia hunc recipit.
15. Pietas Christi, me peccantem suscipe
Et patienter negligentem sustine,
Vocat ad regnum, invitat ad praemium.
16. Quanta qualisque Dei patientia
In me misello contemptore merito
Vita post mortem et amara dulcius.
17. Regem adoro, protectorem veneror,
Reatum meum relaxante opere,
Rosaeque vernae merces in altissimo.
18. Solemnem diem libertatis teneo,
In quo ereptus de morte pestifero
In aula Christi quietus resideam.
19. Te decet, Deus, laus in altissimo
Patri coaevo, nobis unigenito,
Terram misisti de paterno solio.
20. Ueritas lucet de terra justitia,
Cui contradicit diaboli astutia,
Captivus miser in superna patria.
21. Gloria Deo, decus sapientiae,
Patri coaevo et coaeterno filio,
Immo cum patre sanctoque spiritu.

Cod. Bruxellen. 8860—67. saec. 10. in. — 5, 2 cum putruerunt. — 6, 2 ventreque gluvio. — 8, 2 vocem nesciliat. — 9, 2 Quousque tam Dei vitam. — 9, 3 liberatis. — 11, 2 jussit pariem. — 11, 3 ardeant. — 14, 1 fragili. — 14, 3 recepit; hunc ergänzt. — 17, 3 Rosique verni. — 18, 3 resideat. — 19, 3 patrono solio. — Aufschrift: „Item unde supra“.

76. Contra Inimicos Oratio.

- | | |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none">1. Respice de coelis, Deus,
respice propitius,
Da salutem, da virtutem
in te confidentibus,
Ubi Deus est eorum?
ne dicant in gentibus. | <ol style="list-style-type: none">2. Judas, ecce, resurrexit,
ecce, venit impius,
Proditor magistri venit
perdere discipulos,
Ad te nostra fuga tantum
erit, Dei filius. |
|--|--|

3. Inimicus veritatis,
inimicus patriae
Corde dolos machinatur,
accusator vulnere
Scorpionis more ferit
. et doloso gutture.
4. Cui nos servire cernit,
parere fideliter,
Cui haerere mandatis,
corde toto quaerere,
Hunc dormire nunquam sinit
stimulus invidiae.
5. Fratrum turba Dei dono
quamque novit crescere,
Hanc prosternere molitur,
hanc vult interficere,
Cunctis simul desolatis
solus credit vivere.
6. Accusator fratrum venit,
ecce, stat post ostium,
Nuntiat, qui pennas habet,
hostis antiquissimus.
.
.
7. Time, Judas, time Deum,
time, draco perfide,
Animam a te malignus
in hac nocte auferet,
Faciem et linguam tuam
vermes cooperient.
8. Sustinentes innocentes,
sustinentes modicum,
Suo adhaerent pastori
timore deposito,
Congaudentes et laetantes
sunt modo cum Domino.
9. Quisquis tale prosecutus
fuerit officium,
Sit in domo maledictus,
sit in agro profugus,
In secessum intestina
mittat sicut Arrius.
10. Foris pustulis marcescat,
Crescat juxta uterum,
Ejus dies pauci fiant,
cadat in interitum,
In profundo suo ruat
cum patre diabolo.
11. Hujus artus extendantur
cum immenso pondere,
Acutissimo et duro
feriatur cuspidem,
Centrum esca fiat suum
prorumpente stercore.
12. Respice de coelo, Deus,
respice propitius,
Tolle nobis inimicum,
tolle adversarium,
Tua salva nos virtute
in potenti brachio.

Cod. Capit. Veronen. 90. saec. 9. — 3, 3 doloso. — 3, 5 scorpioncs. —
5, 3 Hanc prostare demolitur. — 6, 2 hostium. — 6, 4 ostis. — 7, 6 cooperiret. —
9, 3 in domo Dei. — 10, 1 postulis. — 10, 5 In profundo suorum ad. —
11, 1 arcus extendatur. — 11, 5 Centum. — 12, 5 Tua sal nos.

77. De Signis Judicii.

1. Ab aquilone venite,
Omnes reges, in virtute,
Gladios et acuite,
Armaturam vos tollite,
Reddam retributionem.
2. Bellatores mei estis,
Ego rex vester coelestis,
Quae vos mando, facietis,
Contendere non potestis,
Reddam retributionem.

3. Coenam volo praeparare,
Omnes reges invitare,
Babyloniam civitatem
Cum suis exterminare,
Reddam retributionem.
4. Deinde nati sunt tauri
Magnis cornibus armati,
Destruerunt Hierusalem,
Cum sua matre lactentem,
Reddam retributionem.
5. Ergo eam vobis tradam,
Manus vestras confortabo,
Destruite Hierusalem,
Pereat ejus memoria,
Reddam retributionem.
6. Faciamus hunc sermonem,
Dicunt omnes ad invicem,
Nec in ira nos disperdat
Propter unam meretricem;
Reddam retributionem.

Cod. Capit. Veronen. 90. saec. 9. — 1, 3 Gladio et aguite. — 1, 4 o vos tollite. — 3, 1 Coena. — 3, 3 Babillonia. — 4, 4 matre laetantem. — 5, 1 eum. — 5, 2 vestrasque confortabant. — 6, 3 in ergänzt; ira non disperdam; oder Ne in ira (ne iratus) vos disperdam?

78. De Extremo Judicio.

1. Adpropinquat finis saeculi,
Declinantur tempora,
Turbabuntur omnes gentes
Ante conspectum Domini,
Santo trement in iudicio
De majestate Domini.
2. Benedictus Jesus Christus,
Qui fuit ante saecula,
Mater virgo ipsum portavit
Pondus nullum sentiens,
Per aurem virginis introivit,
Exit per portas aureas,
Virginitatem non corrupit
Portantem Dei filium.
3. Congregabuntur omnes gentes
Ante conspectum Domini,
Sol et luna exstinguentur,
Redient ad ministerium,
Sancti fulgent in iudicio
Ante conspectum Domini.
4. Dies illa erit magna
Quasi mille anni,
Ubi venient hostes antiqui
Parata ad proelia,
Rugientes sicut leones
Ad devorandas animas,
Quae per eorum blandimenta
Eorum egerunt opera.

Cod. Capit. Veronen. 88 (83) saec. 10. add. saec. 10. — 2, 8 Potestatem Dei. — 3, 4 Lies: ad interitum?

79. De Extremo Judicio.

1. Quique de morte redempti
Et per crucem liberati,
Pretioso comparati
Sanguine filii Dei,
Sursum corda praeparate
Et Jesum desiderate.
2. Diem illum formidate,
Quando mundum iudicare
Christus, imperator coeli,
Venerit fulgens virtute
Et in magna claritate
Regnum sanctis praeparare.
3. Cum aperta coeli arce
Fulgurans ab oriente
Luce vultus Jesu Christi
Apparebit mundus omnis,
Obviam volabunt sancti
Ante pium redemptorem.
4. Cum aperta coeli astra
Usque ad terminos terrae
Coeperit tuba canere
Sancti archangeli Dei,
Voce magna proclamare
Et electos congregare.

5. Tunc ad vocem regis magni
Resurgent omnes defuncti,
Recepturus unusquisque
Non solum de pravo facto,
Sed de verbo otioso,
Prout gessit in corpore.
6. Cum ab igne rota mundi
Tota coeperit ardere,
Saeva flamma concremare,
Coelum ut liber plicare,
Sidera tota cadere,
Finis saeculi venire.
7. Dies irae, dies illa,
Nebulae et caliginis,
Dies tubae et clangoris,
Dies luctus et tremoris,
Quando pondus tenebrarum
Cadet super peccatores.
8. Qualis pavor tunc aderit,
Quando rex iratus venerit,
Et infernus apparebit,
Qui impios absorbebit,
Sulfur, flamma atque vermibus
Cruciabunt peccatores.
9. Quid dicturi erunt pravi,
Quando ipsi tremunt sancti
Ante tantam majestatem
Jesu Christi, filii Dei?
Et si justus vix evadet,
Impius ubi parebit?
10. Non est locus evadendi
Nec inducias petendi,
Sed tempus discutiendi
Amara districtione,
Ubi mente accusante
Torquebuntur puniendi.

11. Jesu Christe, salus mundi,
Tunc succurre pie nobis,
Qui cum patre nunc te unum
Atque cum sancto spiritu
Adoramus verum Deum,
Salvatorem saeculorum.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 1154. saec. 10. — 1, 1 redempti estis. — 3, 2 Fulgorans. — 3, 3 Lucet vultus. — 7, 2 Dies nebulae. — 10, 3 Sed est tempus.

80. De Extremo Judicio.

1. Quique de morte redempti
Et per crucem liberati,
Pretioso comparati
Sanguine filii Dei,
Sursum corda praeparate
Et Jesum desiderate.
2. Diem magnam formidate,
Quando mundum judicare
Christus, imperator caeli,
Venit fulgens in virtute
Et in magna claritate
Regnum sanctis praeparare.
3. Cum aperta coeli astra
Fulgurans ab oriente
Luce vultus Jesu Christi
Apparebit mundus omnis,
Obviam volabunt sancti
Suo pio redemptori.
4. Cum ab igne rota mundi
Tota coeperit ardere,
Simul flamma concremare,
Coelum ut liber plicare,
Sidera tota cadere,
Finem saeculi venire.
5. Dies irae, dies illa,
Dies nebulae et turbinis,
Dies tubae et clangoris,
Dies nebulosa valde,
Quando tenebrarum pondus
Cadet super peccatores.
6. Quid acturi erunt pravi,
Quando ipsi tremunt sancti
Ante tantam majestatem
Jesu Christi, filii Dei?
Et si justus vix evadit,
Impius ubi parebit?

7. Illi nimium timebunt,
Qui gaudium obtinebunt
Quique regnum possidebunt,
Prae fulgore vultus sui,
Quanto amplius iniqui,
Peccatorum sorde pleni?
8. Ibi angeli timebunt,
Archangeli formidabunt,
Throni atque principatus,
Potestates et virtutes,
Cherubim atque Seraphim,
Simul dominationes.
9. Tunc sedente Jesu Christo
In aeternitatis throno
Adstante choro sanctorum
Hominum et angelorum,
Omnium Apostolorum,
Martyrum et confessorum,
10. Tunc videbunt omnes Christum,
Pro hominibus crucifixum,
Quid aderunt tunc dicturi,
Qui se nolunt emendare?
Et videbunt plagas ferri
In corpore Jesu Christi.
11. Jam quod oculus non vidit,
Nec unquam auris audivit,
Nec in cor hominis ascendit,
Quanta Deus praeparavit,
Sanctis suis, quos dilexit
Et de hoc mundo elegit.

Cod. Bruxellen. 8860–67. saec. 10. in. — 1, 1 sunt redempti. — 3, 2 Fulgorans. — 3, 3 Lucet vultus. — 6, 3 tanta majestate. — 8, 2 Et archangeli. — 9, 3 Adstante chorum. — 10, 3 Quid aderunt. — Dies Lied ist zum Teile mit dem vorhergehenden ein und dasselbe. Die Abweichung der beiden Texte ist aber eine so weitgehende, dass es rätlicher erschien, jeden für sich zu geben.

81. De Beatitudinibus.

1. Beatus homo, qui pauper est spiritu,
Quoniam illi regnum coeli dabitur,
Beatus homo.
2. Est maledictus, qui cibis est deditus
Atque intentus gulae voluptatibus,
Est maledictus.
3. Beatus homo, qui semper est humilis,
Quoniam terram habebit perpetuam,
Beatus homo.
4. Est maledictus, qui carnis libidinem
Exercet vivens frequenter in opere,
Est maledictus.
5. Beatus homo, qui luget in Domino,
Quia de coelis ipse consolabitur,
Beatus homo.
6. Est maledictus, habens avaritiam,
Et sub quo manet infelix cupiditas,
Est maledictus.

7. Beatus homo, qui manet misericors,
Quoniam ejus Deus miserebitur,
Beatus homo.
8. Est maledictus, qui in ira permanet,
Quod profert ore, si vertit in opere,
Est maledictus.
9. Beatus homo, qui mundus est animo,
Poterit quia Deum ipse cernere,
Beatus homo.
10. Est maledictus, qui malam tristitiam
Gestat in corde prolixo sub tempore,
Est maledictus.
11. Beatus homo, qui semper est patiens,
Quoniam Dei filius vocabitur,
Beatus homo.
12. Est maledictus, qui in suis actibus
Laudari sese cupit ab hominibus,
Est maledictus.
13. Beatus homo sustinens injurias,
Tolerat mala qui propter justitiam,
Beatus homo.
14. Est maledictus, qui portat superbiam,
Pro qua de coelo ceciderunt angeli,
Est maledictus.
15. Beatus homo, qui sperat in Domino
Et cujus semper Christus est fiducia,
Beatus homo.
16. Est maledictus, qui spem ponit in homine
Et qui in ejus confidit potentia,
Est maledictus.
17. Gloria patri semper est in filio,
Semper qui manet cum sancto spiritu
Nunc et in aevum.
18. Gloria patri, ad beatitudinem
Qui nos perducatur atque ab immunditiis
Nos semper purget.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 1154. saec. 10. A. — Cod Capit. Veronen.
90. saec. 9. B. — 1, 1 et spiritu B. — 2, 2 Intentus gulae suae suis voluptatibus B. — 3, 1 est fehlt B. — 4, 1 libidine B. — 4, 2 exercens B. — 5, 1 lugit B. — 5, 2 Quoniam ipsum rex coeli consolabitur B. — Str. 7—14 fehlen B; statt dessen:

Beatus homo, qui sitit et esurit,
Quoniam cibo coeli saturabitur.

14, 1 habensque superbiam B. — 14, 2 Per quam. — Str. 15 ff. fehlen B; statt dessen:

Gloria patri, gloria sit filio,
Nunc et per cuncta saeculorum saecula.

82. *Salutatio BMV.*

- | | |
|--|--|
| <p>1. Virgo, mater ecclesiae,
Aeterna porta gloriae,
Esto nobis refugium
Apud patrem et filium.</p> <p>2. Gloriosa Dei mater,
Cujus natus est ac pater,
Ora pro nobis omnibus,
Qui memoriam agimus.</p> <p>3. Stella maris, lux refulgens,
Stirps regalis, sancta parens,
Roga patrem et filium,
Ut det nobis paraclitum</p> | <p>4. Virgo clemens, virgo pia,
Virgo dulcis, o Maria,
Exaudi preces omnium
Ad te pie clamantium.</p> <p>5. Funde preces tuo nato,
Crucifixo, vulnerato
Pro nobis et flagellato,
Spinis puncto, felle potato.</p> <p>6. Alma mater summi regis,
Lux et porta celsi caeli,
Inclina te miserrimis
Gementibus cum lacrimis.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Humiliatorum saec. 15. Cod. Ambrosian. I 197 inf. A. --- Brev.
ms. Humiliatorum saec. 15. Cod. Ambrosian. H 267 inf. B.

83. *De Domina Nostra.*

- | | |
|--|--|
| <p>1. Te, sancta Dei genitrix,
Quae porta coeli diceris,
Collaudamus unanimes
Devotione fervidi.</p> | <p>2. Sicut in vellus pluvia
In te coelestis gratia
Descendit, ut redimeret
Adoptionis filios.</p> |
|--|--|
3. Honor, decus, imperium,
Quae per Mariam virginem
Redemit omne saeculum,
Sit trinitati unicae.

Hymn. ms. Egmontensis saec. 15/16. Cod. Hagen. X 142.

84. *De beata Maria V.*

- | | |
|---|--|
| <p>1. Laude dico gloriosae
Mariae praeconia,
Cujus nitet instar rosae
Vita plena gratia,
Per quam nobis gratiose
Dat Deus salubria.</p> <p>2. Haec est virgo Christi mater,
Pia, prudens, humilis,
Per quam noster factus frater
Est Jesus amabilis,
Ut volebat Deus pater
Miseris placabilis.</p> <p>3. Virgo David stirpe nata
Absque culpae macula,
Angelo praenuntiata
Exstat per oracula,
Prophetis manifestata,
Pangenda per saecula.</p> | <p>4. Virgo Christi Joseph nupta
Divino consilio
Spirituque fecundata
Summi Dei filio,
Sicut Gabriel testatur
Missus coeli solio.</p> <p>5. Virgo parit Deum verum
Hominemque pariter,
Expellens hostem severum
A nobis benigniter,
Ut cor nostrum fiat merum
Fide Christi jugiter.</p> <p>6. Quam sit potens haec regina,
Coeli, terrae domina,
Pangunt carmina divina
Super coeli culmina,
Plangit hostis pro ruina
Dejectus a femina.</p> |
|---|--|

- | | |
|---|---|
| <p>7. Nam est reconciliatus
 A lapsu gravissimo,
 Sensit vitae Deo datus
 Theophilus piissimo,
 Per Mariam liberatus
 Ab hoste nequissimo.</p> | <p>9. Ut in coelo jucundemur
 Cum sanctorum coetibus
 Atque Deum reveremur
 Cum sanctorum coetibus
 Et in ipso gratulemur
 Pleno bonis omnibus.</p> |
| <p>8. Nunc, o virgo, mater Christi,
 Omni plena gratia,
 Cui semper placuisti
 Cum virtutum gloria,
 Transfer nos a morte tristi
 Ad coeli palatia.</p> | <p>10. Gloria sit trinitati
 Laudis polo jugiter
 Simplaeque divinitati
 Virtus aeternaliter,
 Qui Mariae caritati
 Jungat nos perenniter.</p> |

Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultrajectin. Scriptt. Eccl. 375. — 1, 1 Gaude dico gloriosae; die Hs. ändert fast alle Initia so um, daß dieselben mit einem der Grußworte Ave, salve, gaude, vale beginnen. Auch liegt zweifellos eine stümperhafte Veränderung vor, ohne daß sich bestimmt erkennen ließe, wie der unveränderte Text gelautet hat. Vielleicht Attollamus gloriosae. Jedenfalls verdankt auch der Singular dico der Umänderung sein Dasein. — 5, 2 Hominemque parit Deum. — 9, 4 verschrieben.

85. In Conceptione BMV.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Maria, virgo regia,
 David stirpe progenita,
 Non tam paterna nobilis
 Quam dignitate sobolis.</p> | <p>2. Tu nos avulso veteri
 Complanta novo germini,
 Per te sit genus hominum
 Regale sacerdotium.</p> |
| <p>3. Gloria tibi, Domine.</p> | |

Psalt. ms. Monasticum saec. 12. Cod. Arch. S. Petri in Vaticano D 156. — Vgl. Anal. XI, 40.

86. In Conceptione BMV.

Ad Vesp. et Noct.

1. Si res miranda canitur per orbem,
 Numquid enormem percredimus eam,
 Cum sit divina, conceptam Mariam
 Concelebrare?
2. Si non fuisset concepta, non esset
 Nata beata, quae nostra peccata
 Redemit orta, per Christum assumpta
 Carne Humana.
3. Non est mirandum, valde sed laudandum,
 Conceptum vere virginis Mariae
 Concelebrare, cum Christus in tali
 Stare deberet.

4. De coelo sursum angelus praemissus
A patre magno muntiavit Annae
Conceptum quidem virginis Mariae,
Quod celebramus.
5. Hoc Isaias ait prophetando:
De coelo virgo veniet portando
Secum puerum, qui nobis in Deum
Dabitur quidem.
6. Ergo colendum, quia est supernum,
Festum solemne fuit nobis inde,
Vita redempta, erat quae perempta
Stulte per Evam.
7. Laudemus Deum, patrem summum verum,
Ejusque natum, spiritum sacratum,
Qui genitricem voluit victricem
In sempiternum.

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 14. in. Cod. Capit. Patavini B 56.
add. saec. 14/15. A. — Brev. ms. S. Petri Perusini saec. 14. Cod. Laurentian.
Conv. sup. 461. B. — 1, 1 Vires miranda A. — 1, 3 divinam B. — 1, 4 Cele-
brare B. — 2, 1 non esset fehlen B. — 2, 2 Nata fehlt B. — 3, 2 virginis
fehlt B. — 3, 3 Celebrare debere cum B. — 4, 1 permissus AB. — 4, 2
patri A. — 6, 1 quia fehlt B. — 6, 2 fuit in fide B. — 6, 4 Stulta A. —
7, 2 Que ejus natum spiritum sanctum B.

87. In Conceptione BMV.

Ad Laudes.

1. O coeli gemma genitrixque Dei,
Maria virgo, porta, scala coeli,
Janua lucis, Christum, quem perducis,
Pro nobis ora.
2. O rosa mundi, lilium coelorum,
Solum regis, laus angelorum,
Natum divinum fac nobis amoenum,
Virgo decora.
3. O myrrha fragrans, redolens amomum,
Nardus confortans, sanans cinnamomum,
Genitrix Christi, ut simus dilecti,
Fac sine mora.
4. O praeconcepta mundi ante coepta,
Cella divina, stella matutina,
Maria virgo, cum Christo benigno
Nos revigora.

5. O vas amoris, templum Jesu Christi,
Ortus, fons solis, Maria, fuisti,
Tu Jesum Christum ut nostrum delictum
Tollat, exora.
6. O plenitudo gratiae pudoris,
Vitis fecunda, mater salvatoris,
Precibus tuis adsit Christus nobis
Mortis in hora.
7. O Deus alme, Christe, rex aeterne,
Per tuam matrem semper nos defende,
Donec praesentis vitaeque sequentis
Adsint dulcora.
8. Laudemus Deum, patrem summum verum,
Ejusque natum, spiritum sacratum
Et genitricem Christi, ut felicem
Dent mortis horam.

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 14. in. Cod. Capit. Patavini B 56. add. saec. 14/15. A. — Brev. ms. S. Petri Perusini saec. 14. Cod. Laurentian. Conv. sup. 461. B. — 1, 3 Christum quem perducis fehlen B. — 2, 1 E rosa mundi B. — 2, 2 laus zweisilbig. — 3, 1 cinamomum B. — 4, 3 benigne B. — 5, 1 Quas amoris B. — 5, 3 nostram dilectum B. — 6, 2 Pacis fecunda B. — 6, 3 nobis fehlt A. — Str. 7 fehlt A. — 7, 3 Christi fehlt B.

88. In Conceptione BMV.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Rex gloriose virginum
Et conservator omnium,
Tu nobis da psallentibus
Psallere puris mentibus. | 4. Lactavit Anna genitrix
Hoc lumen indeficiens,
Hoc sibi matrem luminis
Christus patre praeeligens. |
| 2. Laudando regis filiam,
Matrem misericordiae,
Quae nobis petit veniam
Supplicando quotidie. | 5. Quaesumus, mater, filium
Tuum rogo diutius,
Ut conferat auxilium
Nobis in hostem coelitus. |
| 3. Haec regis virgo nascitur
David ex stirpe nobili,
Per quam salus jam redditur
Mundo per Evam flebili. | 6. Ut cum ipso tu veneris
Orbem totum dijudicans,
Tu nos juva cum ceteris
In parte dextra collocans. |
| 7. Patri ejusque genito
Reddatur laus et gloria
Spirituque inclito
Per Mariae solemniam. | |

Brev. ms. Benedictin. Pisan. anni 1326. Cod. Laurentian. Strozzii 11. — 5, 2 Tu roga. — 5, 4 hoste. — 7, 3 fehlt eine Silbe; que ergänzt. — „In festo Conceptionis sive Sanctificationis Beatae Mariae Virginis.“

89. In Conceptione BMV.

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| 1. Aurora stellae lucidae,
Maria plena gratiae,
Mater misericordiae,
Crimina tolle nunc Evae. | 2. Tu genita per Dominum,
Cujus portasti filium,
Qui veniens ad saeculum
Tulit Evae periculum. |
| 3. Gloria tibi, Domine,
Qui permisisti hodie
Matrem tuam concipere,
Mariam plenam gratiae. | |

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 14. in. Cod. Capit. Patav. B 56.
add. saec. 14/15.

90. In Conceptione BMV.

Ad Horas.

- | | |
|---|---|
| 1. Mariae jam conceptio
Adsit nostra defensio
Et daemonum obstaculum
Reorum solvens laqueum. | 2. Ave, rigata coelitus
Conceptaque divinitus,
Qui te creavit provide,
Defendat nos a daemone. |
| 3. Gloria tibi, Domine. | |

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 14. in. Cod. Capit. Patavini B 56.
add. saec. 14/15.

91. In Conceptione BMV.

In 1. Vesperis.

- | | |
|---|---|
| 1. Gaude, mater salvatoris,
Magni vellus Gedeonis,
Rubus, igne qui non uris,
Veri templum Solomonis. | 5. Babylonis rex in praedam
Non abduxit te captivam,
Philistaei nec Goliae
Es transfixa pugione. |
| 2. Sponsa Dei, stella maris,
Porta coeli tu vocaris,
Mundi salus, saevientis
Caput caedens Holofernus. | 6. Sicut suum sol nitorem
Nunquam perdit nec decorem
Primi patris nec tu labem
Ullam sentis nec foetorem |
| 3. Mare sicco calle transis
Curvus mergens Pharaonis
Inque Sion dominaris
Pulsis inde Jebusaeis. | 7. Tu sol occasum nesciens
Lunaque semper rutilans,
Tu sidus lumen pariens,
Delicti nubes profugans. |
| 4. Assueri regis sceptrum
Caput tangens, virgo, tuum
Mori fecit laqueatum
Aman sanctis inimicum. | 8. Nullus in te confidentes
Unquam vidit infelices,
Vere tibi nam devotus,
Est necesse, sit beatus. |

9. Ad te ergo nos clamantes
In hac valle lacrimarum
Ad nuptias aeternales
Fac venire triumphantes.

Mariale Bernardini de Busti imp. Argentinae 1498. Enthält ein Officium de Conceptione BMV., das 1480 von Sixtus IV. approbiert wird und wohl zweifellos von Busti verfasst ist. Er ist also auch als Dichter der zugehörigen Hymnen zu betrachten.

92. De Conceptione BMV.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| 1. O benedicta femina,
Quam coeli laudant agmina,
Te confitemur hodie
Conceptam sine crimine. | 3. Nullum redemit filius
Ex omni gente dignius,
Qui te servavit provide
Mundam ab omni scelere. |
| 2. Sicut solaris radius
Corruptionis nescius
Intrasti matris viscera,
O gloriosa domina. | 4. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Mariale Bernhardini de Busti imp. Argentinae 1498.

93. De Conceptione BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Exsultet coeli concio
Mariae dulci filio
Nosque laetemur hodie
Conceptione dominae. | 3. Originalis macula
Cuncta respersit saecula,
Sola post natum vitiis
Nunquam contacta diceris. |
| 2. Maria, mundi gloria,
Lucis aeternae filia,
Te praeservavit filius
Ab omni labe penitus. | 4. Maria, mater gratiae,
Exemplar innocentiae,
Te deprecamur intime
Nos a peccato protege. |
| 5. Patri, nato, paraclito
Decus, honor et gloria
Atque Mariae virgini
Per infinita saecula. | |

Mariale Bernhardini de Busti imp. Argentinae 1498.

94. In Nativitate BMV.

- | | |
|---|---|
| 1. Magnificemus Domini
Magnum nomen in virgine,
Quae vitam reddit homini
David procedens sanguine. | 2. Cujus ortus amabilis
Ad vitam pandit aditum,
Cujus partus mirabilis
Mundum salvavit perditum. |
|---|---|

3. Nunc vox exsultet omnium
Dicens: O plena gratia,
O deitatis scrinium,
Jesu mater et filia.
4. Tibi devotis filium,
Maria repropitia,
O clemens, o pia, pium,
O dulcis virgo Maria.
5. Jesu, tibi sit gloria.

Orat. ms. Carthusiac Erfordien. saec. 15. (Privatbesitz). — 2, 4 salvat. —
4, 3 fehlen zwei Silben; pium ergänzt.

95. In Nativitate BMV.

1. Ave, Maria, per quam prophetia
Legis completa, tu miseriae meta,
Tu maris stella, porta clementiae,
Per quam procella cessat discordiae.
2. Ave, regina, culpae medicina,
Porta salutis, praesidium virtutis,
Aura favoris, aurora gratiae,
Pignus amoris, foedus concordiae.
3. Ave, flos florum, decus angelorum,
Rosa pudoris et lilium candoris,
Jubar astrorum, decor ecclesiae,
Robur castrorum, palma victoriae.
4. Chorus decoris virginei floris
Hymnum honoris et canticum amoris
Mente devota psallat quotidie
Procul amota peccati carie.
5. Clamant ancillae: pia, miserere,
Fluunt maxillae, miseriis medere,
Audi clamorem, ad fletum respice,
Aufer tremorem placato iudice.
6. Virgo benigna, omni laude digna,
Votis adspira, nos iudicis ab ira
Tuo defendas scuto clementiae,
Lapsis impendas favorem gratiae.
7. Monstra te matrem imperando nato,
Hortet ut patrem latere praesentato,
Sicut tu natum placas per ubera,
Patrem et natus placet per vulnera.
8. Gloria patri, decus trinitati,
Honor sit matri, per quam sumus renati,
Lapsis succurrat praesens potentia,
Lapsis occurrat matris clementia.

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 5, 1 omni
fehlt. — 6, 4 et ergänzt. — Die zweite Zeile jeder Strophe hat eine Silbe
mehr als die anderen Verse

96. In Nativitate BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Hortus conclusus mater Christi,
Circumseptus manu Dei,
Nam vernans gignis liliū,
Mundem regens universum. | 3. Ibi nostrum fige gressum,
Ne perdamus vitae portum,
Contemplantes tantum partum
Trabea carnis obsitum. |
| 2. Hujus umbram quisquis adit,
Aestus carnis non timebit,
Ac redolet partus virginis,
Cujus fructu saginamur. | 4. Pro liberis flecte patrem,
Decet, inquam, decet matrem,
Quibus reddit paradisum,
Ne ferat in interitum. |
5. Gloria tibi, Domine.

Diurn. ms. Brisacense saec. 15. Cod. Friburgen. 56 A. — Brev. Constantiense imp. s. l. et a. B. — 1, 3 vergens B. — 2, 4 fructus AB.

97. In Illatione BMV.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Exultando mater gaude
Felix nunc ecclesia,
Dies adest digna laude
Per annorum spatia,
Pro serpentis redit fraude
Virgo plena gratia. | 4. Haec, quaesumus, precamina,
Qui coram te adstamus,
Nostra solvat peccamina,
Ut coelum subeamus,
Malorum et examina
Ibidem evadamus. |
| 2. Ab aeterno ordinata
Templum nunc ingreditur,
Quae prophetis praesignata
In scripturis creditur
Ac mox Deo fecundata
Neque partu laeditur. | 5. Illo tecum in patria
Perenniter fruamur,
Quem hic in via latria
Orando veneramur,
Ne ad inferni atria
Sinistre perducamur. |
| 3. Veni, dulcis virguncula,
Hostia dignissima,
Verbi divini gerula,
Virgo sacratissima,
Indigna nostra verbula
Audi, benignissima. | 6. Genitori genitoque
Laus et jubilatio;
Salus, honor, virtus quoque,
Gratiarum actio,
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. |

Brev. Verdense imp. s. l. 1480. — 1, 4 Per amorem. — 3, 3 divini ergänzt. — 5, 2 perfruamur. — 5, 6 praedicamur.

98. De Visitatione BMV.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, stella maris,
Parens expers paris,
Quod in te sit orta
Lux in Sion porta. | 2. Scandis ad montana,
Ubi veterana
Noverat expresse,
Quod sis virga Jesse. |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| 3. Solve vincla reis,
Profer lumen caecis,
Schisma saevum pelle,
Da, sit unum velle. | 5. Viam praesta puram
Ad pacem futuram,
Ut te matre duce
Vivamus in luce. |
| 4. Monstra teque matrem
Apud Deum patrem,
Cujus novit natum
Clausus vates vatum. | 6. Laus sit patri Deo
Natoque ab eo,
Pneumati et piaec
Virgini Mariae. |

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 1, 4 Lux
sic Sion porta. — 3, 4 Dat sic unum. — 5, 1 Vitam.

99. In Visitatione BMV.

Ad Vesperas.

1. Sacra solemnia recolit debite
Mater ecclesia virginis inclitae,
Gestantis Dominum, factorem hominum
Et redemptorem omnium.
2. Clausum virgineo plasmantem pectore
Miles femineo recumbens viscere
Sensit divinitus, nondum progenitus,
Ex unctione spiritus.
3. Gaudet obsequio senex puerperae,
Parvus alloquio matris Christiferae,
Maria visitat, cognata praedicat,
Virgo Deum magnificat.
4. Felices uteri ferunt hilariter,
Laetantur pueri praecelsi pariter,
Mundus insolito congaudet jubilo
Regi, matribus, famulo.
5. Regina famulae ministrat usibus
Humilis sedule tribus sic mensibus,
Virgo felicia post tot officia
Revertitur ad propria.
6. Patri sit gloria semper ingenito,
Regnum, victoria sit unigenito,
Decus paraclito, laus sine termino
Uni trinoque Domino.

Brev. Verdense imp. s. l. 1480. — 1, 3 factorem omnium. — 2, 2 re-
cumbens pectore. — 3, 1 Laudet obsequio. — 6, 1 Matri sit gloria.

100. In Visitatione BMV.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Praecedentem nos in via
Christi matrem adeamus,
Et ut nobis dux sit pia,
Dulci laude concinamus. | 5. Tu praecedas, nos sequamur,
Visitare servitricem,
Cum qua Jesum fateamur,
Quae te novit genitricem. |
| 2. Pande viam, quae fuisti
Reparare sola digna
Mundum lapsum et dedisti
Lapsis vitam, tu benigna. | 6. Matrem veram patris tui
Te proclamat infecunda,
Laeta proles ventris sui
Alvo gaudet praejucunda. |
| 3. Jesum Christum condonatum
Per te nobis ut sciamus,
Et dum scimus nobis datum,
Nobis pium videamus. | 7. Te precamur, quae conducis
Jesum, praestes, ut cernamus
Lumen verum verae lucis,
Tecum semper procedamus. |
| 4. Stellam maris te Mariam
Solam novimus ductricem,
Tuque fac, nos per hanc viam
Te sequamur viatricem. | 8. Patri decus sit aeterno,
Honor nato, quem sumpsisti,
Flamini laus coaeterno,
De quo Deum concepisti. |

Brev. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1527.

101. In Visitatione BMV.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Diu mundo expectatum
Exhibuisti, domina,
Signis tu praefiguratum
Vera monstrans per lumina. | 3. In te praemium sensisti,
Quod promissum jam sciveras,
Per quem senium fovisti
Gremio sacro bajulans. |
| 2. Digna mater creatoris
Electam matrem legeras,
Sed quae foret sic honoris,
Vere, virgo, non noveras. | 4. Venter almus hunc portavit,
Quem nequit orbis capere,
Nosque virgo visitavit,
Quo coepit mundus vivere. |
| 5. Tu, quem alma genuisti,
Ostende nobis filium,
Et, de quo hunc concepisti,
Patrem et sanctum spiritum. | |

Brev. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1527. — 1, 3 fehlt eine Silbe; que ergänzt. — 2, 1 o mater. — 4, 4 Quo concepit.

102. In Visitatione BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Tu veniae vera mater
Mundo fecisti veniam,
Tibi summus Deus pater
Supremam dedit gloriam. | 2. Excitasti praecursorem
Tu visitando sterilem
Et infantem in amorem
Firmans senemque debilem. |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| 3. Illum novit creatorem
Hic laetus alvo gestiens,
Quem dedisti redemptorem
Puella ventre deferens. | 4. Hic tersit mundi crimina,
Peccata delinquentium,
Nostra tulit facinora
Super se lumen gentium. |
| 5. Laudemus hanc et filium,
Nos visitans praesidium,
Glorificemus unicum
Patrem et sanctum spiritum. | |

Brev. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1527.

103. De Purificatione BMV.

- | | |
|---|---|
| 1. Maria, virgo, virginum,
Quae genuisti Dominum
Sine virili semine,
Verum lumen de lumine. | 4. Cum Christum in ulnis portat,
In pace dimitti orat,
Lumen gentium praedicat,
Cantico cum Deum laudat. |
| 2. Quem die quadragesimo
Repraesentasti in templo,
Turturum pullis redimens
Et legem Moysis implens. | 5. Senex puerum gerebat,
Sed puer senem regebat,
Dum portantem cuncta gerit,
Matris dolorem praedicat. |
| 3. Tunc Simeon Christum novit,
Dum spiritus senem movit,
Spiritu in templum venit
Et gaudens illum susceperit. | 6. Cum positus in ruinam
Moriatur hic filius,
Tuam ipsius animam
Tunc pertransibit gladius. |
| 7. Rogemus matrem populi
Per passionem filii,
Ut vitam nobis impetret
Et indulgentiam donet. | |

Orat. ms. Thosanum saec. 15. Cod. Bruxellen. 4948. — Das Lied ist in der Hs. als hymnus bezeichnet und trägt auch die Hymnenform.

104. In Purificatione BMV.

- | | |
|---|--|
| 1. Exsultet omne saeculum
Lati per orbis circulum,
Hymnum canat concentibus,
Quis non stupet de talibus. | 3. Fit parvus hic infantulus
Subjectus et parentibus,
Observat et legalia
Nostrae salutis gratia. |
| 2. Cum pater formans omnia
Formatus est ex femina
Nullo virili semine,
Sed casta natus virgine. | 4. Quem Simeon susceperat,
Anna decantaverat,
Aetas aut sexus concinat,
Jam Christus advenerat. |
| 5. Cui laus, potestas, gloria
Per saeculorum saecula,
Qui regnat unus numine
Cum patre et sancto pneumate. | |

Cod. Sangallen. 898. saec. 10/11. — Der Hymnus ist wohl von Berno von Reichenau, unter dessen Werken er steht.

105. In Purificatione BMV.

Ad Laudes.

1. Celsus de superis venit ad infima
Praeco, terrigenis optima nuntia
Pandens a Domino, qui pereuntia
Salvans saecula liberat.
2. Ergo praeco Dei nuntia Joachim
Annaeque sterili continuans ait:
En, vestris precibus ac elemosynis
Excelsus Deus annuit.
3. Conceptam pariet Anna videlicet
Prolem, quam Domini gratia coelitus
Implens ex utero diligit amplius,
Illi nempe sacrabitur.
4. Ut virgo maneat perpeti munere,
Quam commune nihil tangere debeat,
Haec coeli Domino sancta dicabitur
Et Maria vocabitur.
5. Aeterni patris haec virgo puerpera
Natum concipiet atque viri sine
Contactu pariet, qui reparabit haec
A dira nece saecula.
6. Haec dixit Dominus, factaque credimus,
Nam virgo peperit virgoque permanet,
Cujus terrigenis est generatio
Condigne venerabilis.
7. Oramus, Domine, conditor optime,
Qui festum colimus virginis inclitum,
Fac nos concipere mente, quod approbas,
Fructus et pios gignere.
8. Nobis hoc genitor annue maxime,
Hoc tu, nate Dei et bone spiritus,
Praesta perpetuo, fulgida trinitas,
Regnans saecula per omnia.

Brev. ms. Metense saec. 14. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 103. — 2, 1
praeco diei. — 4, 1 Et virgo; perpetim. — 4, 2 Quem numen nihil. — 5, 2
viri semine. — 7, 3 nos fehlt. — 7, 4 et fehlt. — 8, 4 saecula.

106. De Compassione BMV.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Plange, mater pietatis,
Tuum cernens filium,
Praeceptorem veritatis,
Christum, tuum filium,
Inauditae feritatis
Trahi ad supplicium. | 2. Plange mecum, plebs fidelis,
Hicque illam socia,
Ut sis comes et in caelis,
In perenni gloria
Pro amaro gustu fellis
Mira sumens gaudia. |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| 3. Florent omnes cum Maria
Et effundant gemitus,
Contristentur mente pia
Et relinquunt penitus
Hac in die solatia
Atque vacent fletibus. | 4. Ut cum illa sentientes
Nati sua vulnera
Atque prorsus innitentes
Super crucis foedera
Consequamur post laetantes
Diva Christi munera. |
|---|---|

Offic. BMV. sec. usum Romanae curiae imp. in Castro Lauro Curtis majoris 1503.

107. De Compassione BMV.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| 1. Ligno crucis dum pendeat
Natus Mariae virginis,
Plangens mater colligebat
Fluentis undas sanguinis. | 5. Ego pavi hunc infantem
Dulci lacte virgineo,
Tu affligis morientem
Amaro potu felleo. |
| 2. Post de cruce quaerebatur
Ad coelos mittens gemitus,
Quod in ea mactabatur
Ipsius unigenitus. | 6. Caput ejus tam decorum
Corona pungis spinica,
Quod ornabam sertis florum
Inter convallis lilia. |
| 3. Fera nimis et crudelis,
Quem induebam tunica,
Tu cruore ex flagellis
Pro veste tegis serica. | 7. Flecte ramos, arbor alta,
Et redde mihi filium,
Vel cum ipso simul macta
Matrem dolentem nimium. |
| 4. Ego illum amplexari
Saepe solebam brachiis,
Quem tu strictum perforari
Clavis fecisti ferreis. | 8. O Maria, nos privatos
Patre misericordiae
Ne facias et orbatos
Te nostra matre gratiae. |
9. Sed fac, ut tecum plangere
Hic semper simus fervidi,
Ut post possimus scandere
Ad coenam agni providi.

Offic. BMV. sec. usum Romanae curiae imp. in Castro Lauro Curtis majoris 1503.

108. De Compassione BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Juxta crucem deplorabat
Maria, virgo virginum,
In qua nudus exspirabat
Coelestis splendor luminum. | 3. Ille tuis reparavit
Claudis gressum, caecis visum.
Verbum mutis propinavit
Omnem curans et leprosum. |
| 2. O Judaeae scelerate,
Haec meo reddis filio,
Stulte nimis et ingrante,
Pro tanto beneficio? | 4. Ipse tibi suscitavit,
Quos plangebam jam defunctos,
Aures surdis adaptavit,
Cunctos sanans et aegrotos. |

5. Ille pro te Pharaonem
Cum Aegypto flagellavit,
Tua manus ejus carnem
Flagellando laceravit.
6. In columna post ducatum
Ad terram fecit optimam,
Ad columnam tu ligatum
Ad poenam damnas pessimam.
7. Ipse tibi per desertum
Dulce manna ministravit,
Sed tuum fel et acetum
Os illius toxicavit.
8. Tu das illi pro regali
Sceptro cannam, pro corona
Dira nimis et crudeli
Caput ejus pungis spina.
9. Hic te semper exaltavit,
Quem prae cunctis despexisti,
Super omnes te ditavit,
Quem ut furem suspendisti.
10. Ergo saltem jam occisum
Deprecare meum natum,
Tam inique crucifixum,
Tuum parcat ut reatum.

Offic. BMV. sec. usum Romanae curiae imp. in Castro Lauro Curtis majoris 1503.

109. De Commendatione BMV.

Ad Vesperas.

1. Lauda, mater ecclesia,
Lauda Christi clementiam,
Qui suae digne virginis
Matris pellit tristitiam.
2. Maria, mater Domini,
Plena tanta moestitia
Cernensque poenas filii
In crucis vehementia.
3. Dolent materna viscera,
Condolent pontus, aethera,
Cernentes regem gloriae
In cruce contumeliae.
4. Ni sciret vitae medicum
Gentis ferre antitodum,
Ut a morbo multiplici
Poenis curetur medici,
5. Deficeret moestitia,
Sed credidit fiducia,
Ab ipsa fauce tartari
Redire ad vitae limina.
6. Surgentem cum victoria
Jesum credit ab inferis,
Cum luctu miscens gaudia
Secreta noscens foederis.
7. Uni Deo sit gloria
Pro multiformi gratia,
Qui matris pia viscera
Confortat in tristitia.

Antiph. ms. Calcariese saec. 16. Cod. Arch. Calcarien. A. 14. —
2, 2 Repleta tanta. — 4, 4 curaretur. — 5, 1 Deficit ex moestitia. — 6, 2
credidit ab.

110. De Gaudiis BMV.

1. Exsultet coelum laudibus,
Resultet terra gaudiis,
Nullus sit finis cantibus
Pro Mariae tripudiis.
2. Laetentur cuncti homines
Atque sanctorum agmina
Et concinant unanimes
Illi jucunda carmina.
3. Omnia quoque sidera
Cum ejus matre gaudeant,
Quem terra, pontus, aethera
Colunt, adorant, praedicant.
4. Et tu, benigne Domine,
Qui es illius gaudium
Fac nos cum ipsa virgine
Duci ad regni solium.

Offic. BMV. sec. usum Romanae Curiae imp. in Castro Lauro Curtis majoris 1503.

III. De septem Gaudiis BMV.

Ad Vesperas.

1. Laudes perpetuae dignaque praemia
Inducunt animos gaudia promere,
Nam sanctus Gabriel nuntiat angelus:
Dulcis mater, ave, sit tibi gratia.
2. Et cognata senex Elisabeth tua
Concepit puerum semper amabilem,
Applaudens igitur mater in intimis
Montes difficiles scandere nititur.
3. In noctis medio nascitur insuper
Rector perpetuus virginis inclitae,
Incorrupta manent candida viscera,
Congaudent parili angelici chori.
4. Ducebat rutilans sole micantior
Reges stella pios visere parvulum,
Conceptu puerum virgineo satum,
Et praestant Domino munera plurima.
5. Certant dulcisonis astra, solum, mare
Hymnorum modulis psallere principi,
Dum surgit tumulo Christus et inferi
Dum frangit pariter tristia tartara.
6. Ascendit superos arbiter omnium,
Ad dextram residens ingeniti patris,
Spirat Christicolis lumine flammeo
Sanctum de patrio pectore spiritum.
7. Tandem virgineis mater honoribus
Coelestis solii sancta cacumina
Transcendit jubilans, magnaue gloria,
Ingens laus et honor sit tibi, trinitas.

Antiph. ms. Calcariense saec. 16. Cod. Arch. Calcarien. A. 14.

II2. De septem Gaudiis BMV.

Alius Hymnus.

1. Virgo, dum scandis superos meatus,
Angeli laudis cytharam resolvunt,
Et super sanctos veneraris omnes,
Sancta Maria.
2. Sicut sol lucet gelida sorore
Clarior Phoebe, tua sic refulget
Claritas longum superis per aevum,
Sancta Maria.

3. Tu patris summi regis atque sceptrā,
Illius celsum solium gubernans,
Jure te laudant igitur beati,
Sancta Maria.
4. Ergo supremo frueris triumpho,
Trinitas templum tibi dat secundum,
Omne, quod poscis, pater atque donat,
Sancta Maria.
5. Corde qui puro tua festa servant
Et tuos semper celebrant honores,
Regiam post hanc capient coronam,
Sancta Maria.
6. Coelites cuncti tua gratiarum
Dona condigno resonant honore
Teque laudantes jubillant frequenter,
Sancta Maria.
7. Gloriam praestat chorus angelorum,
Quae per immensum veneraris aevum,
Sint Deo laudes igitur supremo,
Sancta Maria.

Antiph. ms. Calcareiense saec. 16. Cod. Arch. Calcar. A. 14. — Mel.: Ut
queant laxis. — 2, 1 Sicut illucet Hs. — 7, 1 praestant.

113. In Assumptione BMV.

1. Laudibus eximiis resonent nunc organa vocis,
Orbis ubique tonet laudibus eximiis.
2. Festivitas celebris haec est super aethera sanctis,
Coetibus angelicis festivitas celebris.
3. Rex pius, ut decuit, matrem super astra locavit
Et dominam statuit rex pius, ut decuit.
4. Haec domuit vitium pravorum germine cretum,
Cum genuit Dominum, haec domuit vitium.
5. Spina rosam genuit, gens aspera mollia fudit,
Quae miseranda ruit, spina rosam genuit.
6. Stella Maria maris, genitrix pomposa tonantis,
Sis pia tu miseris, stella Maria maris.
7. Corpore virgineo genuisti gaudia mundo,
Nunc super astra manens corpore virgineo.
8. Fac precibus placidum semper, beatissima, natum
Et famulis Dominum fac precibus placidum.
9. En, tua festa micant, plebs undique te prece pulsat,
Da sibi nil noceat; en, tua festa micant.
10. Nil, tibi quod deceat, mundus valet asmate ferre,
Mens hominum cogitat nil, tibi quod deceat.

11. Tu tamen esto pia, meritis succurre, polosa,
Crimina nos lacerant, tu tamen esto pia.
12. Filius, ecce, tuus, quem non capit ordine mundus,
Quem colit orbis ovans, filius, ecce, tuus.
13. Dat tibi, quaeque cupis, pietas clarissima prolis
Nilque negans Dominus dat tibi, quaeque cupis.
14. Dic; miserere tuis semper, placidissima, nate,
Sanguine quos laveras, dic, miserere tuis.
15. Gloria lausque patri, virtus genitae quoque proli,
Spiritus pariter gloria lausque patri.

Cod. Casinen. 109. saec. 11. (mit Neumen).

114. In Assumptione BMV.

1. Virgo, Dei mater, Judaeae gloria gentis,
Virgo, Dei mater, populi miserere dolentis,
Virgo, Dei mater, prae cunctis sola beata,
Virgo, Dei mater, per te mors est superata.
2. Angelus adveniens, sancta Dei genitrix,
De coelis Gabriel, nobilis aula Dei,
Supplice voce tibi, sancta Dei genitrix,
Verba benigna tulit, nobilis aula Dei.
3. Sit Dominus tecum, sancta Dei genitrix,
Gratia te replet, nobilis aula Dei,
Virginitatis honor, coeli clarissima stella,
Virginitatis honor, salve, veneranda puella.
4. Virginitatis honor, coeli regina Maria,
Virginitatis honor, salva nos regis ab ira,
Tu Domini mater, virginitatis honor,
Sponsa Dei summi, stella Maria maris.
5. Janua coelorum, virginitatis honor,
Porta beatorum, stella Maria maris,
Gloria cunctorum, virginitatis honor,
Hunc defende chorum, stella Maria maris.
6. Hac fuit orta die coeli regina Maria,
Quae Christum genuit, hac fuit orta die;
Sit benedicta dies, in qua tu nata fuisti,
Dicite, pontifices, sit benedicta dies.
7. Sit benedicta dies, in qua sibi lac tribuisti,
Omnis homo dicat: sit benedicta dies.
Praefinita dies venit, regina Maria,
Qua coelos scandas, vade, beata nimis.

8. Occurrunt proceres coeli, regina Maria,
Omnia laeta vides, vade, beata nimis;
Angelicus coetus, coeli regina Maria,
Obvius, ecce, venit, vade, beata nimis.
9. Agmina coelorum, coeli regina Maria,
Undique laeta fluunt, vade, beata nimis.
Filius, ecce, tuus, coeli regina Maria,
Te laturus adest, vade, beata nimis.
10. Quae regina fuit carne deducta triumpho?
Nulla quidem, nulla; gloria magna tibi;
Gloria magna tibi, summa jam sede locatae,
Et nunc et semper gloria magna tibi.

Cod. Casinen. 194. saec. 11/12. add. saec. 11. (mit Neumen). — 9, 4 Te
lanurus adest.

115. In Assumptione BMV.

Ad Processionem.

- 1 Sancta Maria quid est? si coeli climata scandis,
Esto benigna tuis. Sancta Maria quid est?
Unde fremit populus vel cur vexilla coruscant?
Quid sibi vult strepitus? unde fremit populus?
- 5 Quare volant faculae, lucent per strata coronae,
Lumine cum lunae quare volant faculae?
Astra nitent radiis, rutilant et tecta laternis,
Cuncta rubent flammis, astra nitent radiis.
Edita consulibus numerasti, Roma, triumphos,
- 10 Signa moves planctus, edita consulibus?
Quae tibi causa mali, felix o gloria mundi?
Cur manant oculi, quae tibi causa mali?
Plaude, parens patriae, rorantia lumina terge,
Spem retines veniae, plaude parens patriae.
- 15 Martyrii pretio cecidit si prima propago,
Stas renovata modo martyrii pretio.
Limina primus adit silvis digressus arator,
Nunc tua piscator limina primus adit.
Pulvere multiplici crines foedaverat ille,
- 20 Hic te mundat aquis pulvere multiplici.
Paulus ovile tuum pascens educit aquatum,
Atque refert stabulis Paulus ovile tuum.

Respondet Roma:

- Quid memoras titulos aut cur insignia prisca
Objicis in vultum? quid memoras titulos?
- 25 Enitui facie toto memorabilis orbe,
Callida sed vulpes enitui facie.

- In mediis opibus meretrix nocturna cucullos
Induo prostituens in mediis opibus.
Nec metuens Dominum projeci carmine vultum,
30 Offendens nimium nec metuens Dominum.
Semino nunc lacrimas ad serae gaudia messis
Et post delicias semino nunc lacrimas.
Gaudia sustinui, lucrum si prima recepi,
Lucrificante Deo gaudia sustinui.
35 Nec procul est opifex gemmam carbone refingens
Et greonium pandens, nec procul est opifex.
En, ubi vultus adest quaerens oracula matris,
Prae natis hominum, en, ubi natus adest.
Vultus adest Domini, cui totus sternitur orbis,
40 Signo iudicii vultus adest Domini.
Ergo fremunt populi nec cessant tundere pectus
Matres cum senibus, ergo fremunt populi.
Sistitur in solio Domini spectabile signum
Theotocosque suo sistitur in solio.
45 Hinc thymiamia dabunt, hinc balsama prima reponunt,
Thus myrrhamque ferunt, hinc thymiamia dabunt.
Dat schola Graeca melos et plebs Romana susurros
Et variis modulis dat schola Graeca melos.
Kyrie centuplicant et pugnīs pectora pulsant,
50 Christe faveto, tonant, Kyrie centuplicant.

Invitatio ad orationem:

- Sollicitemus ob hoc Dominum prece, carmine, lingua
Et matrem Domini sollicitemus ob hoc.
Virgo Maria, tuos clementius adspice natos,
Exaudi famulos, virgo Maria, tuos.
55 Supplicibus lacrimis tibi grex cum spargitur urbis,
Alma Maria, fave supplicibus lacrimis.
Turba gemit populi modico discrimine leti.
Sancta Maria, tibi turba gemit populi.
Sancta Dei genitrix, Romanam respice plebem
60 Ottonemque fove, sancta Dei genitrix.
Tertius Otto tuae nixus solamine palmae
Praesto sit veniae tertius Otto tuae.
Hic tibi, si quid habet, devoto pectore praestat,
Spargere non dubitat hic tibi, si quid habet.
65 Gaudeat omnis homo, quia regnat tertius Otto,
Illius imperio gaudeat omnis homo.

Pontificale Romanum ms. saec. 10. Cod. Casinen. 451 (246). — Ein Prozessionshymnus aus der Zeit Otto III. „Incipit carmen in Assumptione sanctae Mariae in nocte, quando tabula portatur.“ Dies wird erklärt durch die folgende (auch in dieser Hs. befindliche) Stelle des Ordo Romanus: „In ipsa vespera vigiliarum praeparatur quoddam portatorium in sancto Laurentio

apud Lateranos superpositaque tabula imagine Christi Domini nostri insignita a medio noctis concurrente populo exeunt cum letania ad sanctam Mariam minorem mundatis praeviam plateis et suspensis per domos lucernis ibique in gradibus sanctae Mariae deposita aliquamdiu icona omnis chorus virorum ac mulierum genibus humiliter ante eam flexis pugnibus etiam pectora caedentes una voce per numerum dicunt centies Kyrie eleison, centies Christe eleison, item centies Kyrie eleison fuscisque lacrimis et precibus per sanctum Adrianum recta via vadunt ad Mariam majorem auditaque missarum celebritate ad palatium revertuntur.“

116. In Assumptione BMV.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaude, regina inclita,
Nata de stirpe regia,
Campos mundi convallium
Ornans virtutum gratia. | 3. Regina mundi domina,
Supra coelorum culmina
Sublimi regnans gloria,
Duc nos ad tua gaudia. |
| 2. Ad te voces clamantium
Exaudi, benignissima,
Super thronos regnantium
Elevata clarissima. | 4. Assumpta supra angelos
Sis memor nostri, domina,
Hostes fuga tartareos
Et dele nostra crimina. |
| 5. Gloria tibi, Domine,
Exaltans matrem hodie
Cum patre et spiramine
In sempiterno tempore. | |

Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultrajectin. Scriptt. Eccl. 375. — 1, 1 Vale virgo inclita; da die Hs. die meisten Liedesanfänge verändert und bei dem überlieferten Texte eine Silbe fehlt, ist der Anfang wie vorstehend gestaltet.

117. In Festo Mariae Nivis.

In 2. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| 1. Quem pia virgo genuit
Sacro perfusa spiritu,
Regi perennis gloriae
Hymnum canamus jugiter. | 4. Quem praeter morem solitum
Mensis Augusti tempore
Pressis solis ardoribus
Totum replevit nivibus. |
| 2. Quem semper super sidera
Laudat coelestis curia,
Sanctae Mariae virgini
Grates reddendo debitas. | 5. In visione docuit
Tanti causam mysterii,
Solemnis habitaculi
Benigne pandens ordinem. |
| 3. Haec virgo venerabilis,
Prole fecunda nobili,
Locum elegit inclitum
Suo sacrandum nomini. | 6. Sic templum solemnissimum
Fundat papa Liberius,
Opes dispensat largius
Johannesque patricius. |

7. Nos tuos salva famulos,
Christe, natus de virgine,
Qui pia festa colimus
Matris tuae sanctissimae.

Brev. Pataviense imp. Venetiis 1508. — Die beiden ersten Strophen Daniel I, 259.

118. De beata Maria V.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, gloriosa
Stirpis Jesse rosa,
Coelum stillat rorem,
Virgo paris florem. | 4. Ave, radiosa
Stella matutina,
Nos, imperiosa,
Serves a ruina. |
| 2. Ave, pretiosa
Flore vernans rosa,
Jericho plantata
Et Sion firmata. | 5. Ave, vas decoris,
Rutilans aurora,
Eja, stilla roris,
Siccum cor irrorata. |
| 3. Ave, mundi sidus,
Coeli paradusisus,
Virgo fons hortorum,
Laus et spes reorum. | 6. Ave, vitae via,
Nos solare, pia,
Nato concilia,
Dulcis o Maria. |
| | 7. Ave, gratiosa,
Veni sine mora,
O cum flore rosa,
Asta mortis hora. |

Orat. ms. Augustanum saec. 15. Clm. Monacen. 3702.

119. De beata Maria V.

In Sabbato.

- | | |
|---|--|
| 1. Maria, mater Domini,
Aeterni patris filii,
Fer opem nobis omnibus
Ad te confugientibus. | 3. Maria, virgo virginum,
Deposce nobis omnium
Remissionem criminum
Tuum placando filium. |
| 2. De Deo vero genitum
Tu genuisti filium,
Qui non habet initium,
Ex te sumpsit exordium. | 4. Gloria tibi, Domine,
Gloria unigenito
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14926. saec. 15. — Str. 1 und 2 vgl. Anal. IV, 47.

120. De beata Maria V.

In Sabbato.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaude, origo gaudii,
Mater aeterni filii,
Perqu am Christus, flos montium,
Flos est factus conyallium. | 2. Da nobis spei gaudia,
Da amoris suspiria,
Da, ut nos amor vulneret
Et vulnerando suspiret. |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| 3. Maria, mater gratiae,
Mater misericordiae,
Tu nos ab hoste protege
Et hora mortis suscipe. | 4. Per tuum, virgo, filium,
Per patrem et paraclitum
Adsis nobis ad obitum
. |
|--|---|
- Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14926. saec. 15.

121. De beata Maria V.

In Sabbato.

- | | |
|---|---|
| 1. Maria, coeli regia,
Ad te clamantes adjuva,
Audi preces miserorum
Et deprecare Dominum. | 3. Memento, salutis auctor,
Nostri quod olim corporis
Ex illibata virgine
Nascendo formam sumpseris. |
| 2. Qui a te nasci voluit
Et nos a morte eruit,
Pro nobis ipse mortuus,
Et nos per ipsum vivimus. | 4. Maria, mater gratiae,
Mater misericordiae,
Tu nos ab hoste protege
Et hora mortis suscipe. |
5. Gloria tibi, Domine.

Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14926. saec. 15.

122. De beata Maria V.

In Sabbato.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaude, prima laetantium,
Primitiae gaudentium,
Quae edidisti omnibus
Desideratum gentibus. | 4. Da laetam patientiam,
Da gratam verecundiam,
Da spiritus modestiam,
Da puram conscientiam. |
| 2. Da mane sine vespera,
Da corda nobis libera,
Da primae pacis prospera,
Da unitatis foedera. | 5. Bona mater, bone filii,
Laudi vestrae amabili
Totus mundus obediat
Et cum amore serviatur. |
| 3. Da sanctitatis munera,
Da honestatis opera,
Da fidei constantiam
Da veram sapientiam. | 6. Maria, mater gratiae,
Mater misericordiae,
Tu nos ab hoste protege
Et hora mortis suscipe. |
7. Gloria tibi, Domine.

Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14926. saec. 15.

123. De Omnibus Sanctis.

- | | |
|---|---|
| 1. Deus, piorum gaudium,
Spes, vita ac virtus, praemium,
Laudes tibi canentibus
Clemens adesto servulis. | 2. Haec festa nobis prosperans
Dicata sanctis omnibus,
Qui dante te coelestibus
Jam perfruuntur sedibus. |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Quo virgo fulget virginum,
Tui genitrix filii,
Quo jugiter te splendidi
Laudant, adorant angeli.</p> <p>4. His junctus et consortio
Praecursor et cognomine,
Cum patriarchis omnibus
Vatumque gaudet coetibus.</p> <p>5. Quae lingua, quae vox explicet
Apostolorum gloriam,
Aut candidati martyres
Quibus coronis emicent?</p> | <p>6. Donantur illic praemia
Aeterna confessoribus,
Agnum sequentes virgines
Novo resultant cantico.</p> <p>7. Horum precatu protege
Hic nos gementes exsules
Et his beatæ patriæ
Adjunge tandem civibus.</p> <p>8. Quo te, pater, cum filio
Una cum sancto spiritu
Possimus omni tempore
Laudare puro pectore.</p> |
|---|---|

Hymn. ms. Veronensis saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. A. — Hymn. ms. saec. 13/14. Cod. Guelfenbyteran. H. 1217. B. — Hymn. ms. Egmontensis saec. 15/16. Cod. Hagen. X 142. C. — Brev. ms. Quedlinburgense saec. 15. Cod. Quedlinburgen. 132 D. — Mel.: O gloriosa domina C. — 1, 2 ac fehlt BC. — 1, 4 Adesto clemens B. — 2, 1 prospera A. — 4, 1 junctis C. — 4, 2 est cognomine B. — 5, 3 Aut quae candidati A. — 6, 2 Aeterna fehlt B. — 7, 1 precatu sup tege B. — 7, 3 Ex his A. — 8, 1 patrem BC. — 8, 2 Et spiritu paraclito BC. — 8, 3 Lacto canentes pectore BC. — 8, 4 Laudemus omni tempore B.

124. De Omnibus Sanctis.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Lumen cunctorum luminum,
Illustrator fidelium,
Tibi quo possint reddere
Laudes omni in tempore,</p> <p>2. Nobis perseverantiam
Atque dona constantiam,
Ut, ore quod proferimus,
Mente constet divinitus.</p> <p>3. Licet gravemur nimium
Pressi mole facinorum,
Preces tamen, quas fundimus,
Audi benigne, quaesumus.</p> <p>4. Mater Maria nobilis,
Tui factoris sobolis,
Virgo post partum integra,
Haud secus atque antea,</p> <p>5. Tuum exora filium,
Quem nos colimus unicum,
Ne ulcisci sic libeat,
Ut culpa nostra indicat.</p> | <p>6. Chori virtutum omnium,
Coelestium spirituum,
Coeli cives archangeli,
Cherubim atque angeli,</p> <p>7. Lapsis nobis succurrite
Multi peccati pondere
Apud illum suppliciter,
Cui adstatis jugiter.</p> <p>8. Patriarcharum concio
Ac prophetarum legio,
Vobis praescitum coelitus
Modi, quis venit Dominus.</p> <p>9. Nostrum firmum praesidium
Estote ac refugium,
Vobis possimus gaudium
Habere quo perpetuum.</p> <p>10. Gloriosi apostoli,
Evangelistae Domini,
Electi mundi principes,
Prudentes Christi milites,</p> |
|---|---|

- | | |
|--|--|
| 11. Deum nobis propitium
Reddite ad iudicium,
Cum nostra fit discussio
Ac culparum discretio. | 12. Caterva innocentium
Atque sanctorum martyrum,
Parvipendendo terrea
Adepti coeli gaudia. |
|--|--|

Legend. ms. S. Gregorii in Urbe saec. 11. Cod. Vatican. 1274.

125. De Omnibus Sanctis.

1. Benigne pater, cordibus fidelium,
Mitte salutis aeternae auxilium,
Quo verum Deum semper possit colere
Ac trinitatem, sicut est, cognoscere.
2. Mater et virgo, omnibus nobilior,
Fulgida stella, prae cunctis splendidior,
Tu reparatrix omnis orbis perditum,
Gratiam tui nobis posce filii.
3. Virtutes coeli, cives admirabiles,
Christi ministri, angelorum ordines,
Nos imbecilles illi fortes reddite,
Cui adstatis semper sanctus dicere.
4. Fide praeclari patriarchae primitus
Atque prophetae, cognovistis coelitus
Venturum regem, qui constet propitius
Nobis misellis sanctis vestris precibus.
5. Qui propter Deum ad cuncta supplicia
Artus dedistis passos multa verbera,
Agni qui stolas lavistis in sanguine,
Pro nobis Deo dulces preces fundite.
6. Praesules sancti, confessores lucidi
Ac eremitae, omnes sancti monachi,
Vestra praeclara nobis sit confessio,
Vobis si placet, aeterna salvatio.
7. Iudices saeculi, vera mundi lumina,
Spiritus sanctus vos docuit omnia,
Claves qui coeli sui estis gratia,
Nostra jubete deleri peccamina.
8. Sanctarum genus gloriosum virginum
Ac viduarum simul continentium,
Quo quimus verum pleniter omnimode,
Nos imploramus, gaudium acquirere.

9. Perpetuale nancisci suffragium,
Sanctorum chorus flagitamus nimium,
Nobis ab illo, qui condidit omnia,
Manens ubique regit cuncta saecula.
10. Omnes devote studeamus Domino
Odas pro tanto ferre beneficio,
Quod nos ad suam creavit imaginem
Atque ostendit nobis suum ordinem.
11. Eja, jucunde fratres benedicere
Illi sumamus atque laete psallere,
Ut mereamur suo sancto munere
Fore repleti omni quidem tempore.
12. Gloria patri, virtus invisibili
Ejusque nato ac sancto spiritui,
Sit coequalis atque individua
Simul regnando per aeterna saecula.

Legend. ms. S. Gregorii in Urbe saec. 11. Cod. Vatican. 1274. — 1, 4 trinitati; zwei Silben fehlen, sicut ergänzt. — 7, 4 Jubete celeri. — 9, 1 nanciscit.

126. De Omnibus Sanctis.

- | | |
|--|--|
| 1. Trinitati altissimae,
Matri Christi sanctissimae,
Choris sanctorum flaminum
Et prophetarum omnium, | 6. Deposita tristitia
Sumamus sacra gaudia,
Ut beatorum agmina
Digne colamus merita. |
| 2. Apostolis principibus,
Piiis Christi martyribus,
Virginibus, doctoribus
Almisque confessoribus, | 7. Rogemus flexo poplite
Cives coelestis curiae,
Ut laudis cum libamine
Regem exorent gloriae. |
| 3. Solemnitas laudabilis
Ac cunctis venerabilis
Sanctis devotis mentibus
Nunc celebretur omnibus. | 8. Ut quidquid impotentia
Peccamus, ignorantia
Vel per cordis duritiam,
Indulgeat per gratiam. |
| 4. Isti patris potentia
Natique sapientia,
Paracliti elementia
Coelesti fulgent gloria. | 9. Ut sempiterno lumine
Vultu divinae gloriae
Coelestis sponsi nuptiis
Fruamur atque gaudiis. |
| 5. Ut lilia sic germinant,
Fulgore rosae rutilant,
Palnam ferunt victoriae
Regi coelestis patriae. | 10. Sit laus patri cum filio
Sancto simul paraclito,
Nobisque mittat filius
Charisma sancti spiritus. |

Hymn. ms. Ambrosianus saec. 14/15. Cod. Trivulzian. A 102. A. — Brev. ms. Abiaschen. saec. 14/15. Cod. Ambrosian. X 22. sup. B. — Psalt. ms. Ambrosianum saec. 14/15. Cod. Basil. Ambrosian. s. n. C. — Brev. ms. Ambrosianum saec. 15. Cod. Capit. Mediolanen. 7. D. — 3, 1 Solemnis laudabilis B. — 3, 2 A cunctis A. — 4, 2 Natisque B. — 4, 4 fulget B. — 5, 1 Et lilia B. — 5, 2 roxae B. — 5, 3 floruit victoriae B. — 5, 4 supernae patriae B. — 8, 2 Peccavimus B. — 8, 3 pro cordis durtia B. — 9, 1 Et sempiterno B. — 9, 2 Vel thux divinae B. — 10, 1 sq. Gloria tibi A.

127. De Omnibus Sanctis.

1. O salutaris virgo, stella maris,
Generans prolem, aequitatis solem,
Lucis actorem, retinens pudorem,
Suscipe laudem.
2. Coeli regina, per quam medicina
Datur aegrotis, gratia devotis,
Gaudium maestis, mundo lux coelestis
Spesque salutis.
3. Aula regalis, virgo specialis,
Posce medelam nobis et tutelam,
Suscipe vota precibusque cuncta
Pelle molesta.
4. Virtutum chori, summo qui rectori
Semper adstatis atque jubilatis,
Ovis remotae memores estote
Nosque juvate.
5. Felices estis, patriae coelestis
Cives, cunctorum nescii malorum,
Quae nos infestant miseramque praestant
Undique vitam.
6. Unde rogamus atque supplicamus,
Ut foveatis atque muniatis
Vestros conservos, quorum rex super vos
Cum patre regnat.
7. Patriarcharum atque prophetarum
Pollens senatus diluat reatus,
Sedens in thronis, renitens coronis,
Vestibus albis.
8. Ordo sanctorum nos apostolorum
Regat docendo, doceat regendo,
Votis intendant, supplices defendant,
Vincula solvant.

9. Pacis augmentum poscat innocentum
Grege candidatus, quos rex perturbatus
Jussit necari, metuens privari
Culmine regni.
10. Triumphatores mundique rectores
Fide vicerunt, gloriam spreverunt,
Nobis suorum donent triumphorum
Gaudia secum.
11. Impetret votum chorus sacerdotum
Nec non cunctorum coetus confessorum,
Omnes qui gratum Deo famulatum
Exhibuerunt.
12. Grege virginalis oret, ut de malis
Saecli praesentis simul et sequentis
Eripiamur et, quae postulamus,
Accipiamus.
13. Universorum cunei sanctorum
Coelo gaudentes nobis sint clementes,
Quibus adjuti mereamur uti
Luce perenni.
14. Omnes electi, compotes effecti
Vitae beatae, Dominum rogate,
Nobis ut laetam donet et quietam
Ducere vitam.
15. Praestet levamen nobis et juvamen,
Quo mundi fluctus gehennaeque luctus
Sic evadamus, ut, quae nunc speramus,
Obtineamus.
16. Lux sempiterna, pie nos gubernata,
Pater ac nate parque deitate
Spiritus sancte, Deus unus ante
Saecula trinus.

Cod. Vatican. 311. add. saec. 15. — 3, 3 cuncta Hs.; ursprünglich wohl tota. — 3, 4 Perle molesta.

128. De Omnibus Sanctis.

Ad Processionem.

R^o Humili prece et sincera devotione
Ad te clamantes semper exaudi nos.

1. Summus et omnipotens genitor, qui cuncta creasti,
Aeternus Christus, filius atque Deus,
Nec non sanctificans dominator spiritus almus,
Unica majestas trinaque sola Dei.

2. Ipsa Dei genitrix reparatrix et inclita mundi,
Quae Dominum casto corpore concipiens
Perpetua semper radias cum virginitate,
Indignos famulos, virgo Maria tuos.
3. Angelici proceres, coelorum exercitus omnis,
Aeterno semper lumine conspicuus,
Agmine ter trino radians per sidera regem
Laudibus aeternum concelebret Dominum.
4. Petrus cum Paulo, Thomas cum Bartholomaeo
Et Jacob sanctis nos relevent precibus,
Andreas, Mattheus, Barnabas atque Johannes,
Matthias, Lucas, Marcus et altisonus.
5. Coetus apostolicus, duodeno sidere comptus,
Cunctos propitius protege nos famulos,
Et quos multiplices lacerant per crimina pestes,
Peccata absolve, fac bona cuncta sequi.
6. Nunc Stephanus, Linus, Clemens, Anacletus et almus,
Sixtus, Alexander Corneliusque pius,
Hippolytus, Vitus, Laurentius atque Modestus
Chrysogonusque pius nos miserando juvent.
7. Senesi, martyr Domini, miles quoque fortis,
Tuque, Theoponti, regis amice pii,
Nos precibus vestris defendite, namque potestis,
Credimus experti munera tanta Dei.
8. O decus immensum, nostri lex, gloria, census,
Pax, columen, requies, semita recta, duces,
Ferte, Graeci, curam, patriam prece reddite tutam,
Ne pupus incautis vincula nectat eis.
9. Vos tempestates, vos noxia quaeque fugate,
Non aestus laedant, non pluviae noceant,
Morbos atque famem subitamque repellite mortem,
Quidquid et huic vestro posset obesse loco.
10. O vos martyrii decorati nomine Christi,
Conspicui veste purpurea proceres,
Qua bello invicti superastis daemonis iras,
Confortate manus, vincere morte minas.
11. O venerande pater, Silvester, pastor amande,
Mens calet obsequiis invigilare tuis,
Ecclesiam quondam per te quia novimus auctam
Et synagoga suum perdidit auxilium.
12. Cum Judaea suos tibi perfert stulta magistros,
Lege sua cecidit et veniam petiit.
A te sub nodis perstricta fauce draconis
Plebs moribunda suae dona salutis habet.

13. Nunc igitur nostri constrictis faucibus hostis
Eripe nos mortis casibus et laqueis
Et nos assiduas tibi dantes cordibus odas
Causa tui meriti sistas in arce poli.
14. Adriane, Dei miles fortissime summi,
Nobis nunc famulis auxiliare tuis,
Nil sic perspicuum poterit vox clara referre,
Ut decet in tali nunc patris obsequio.
15. Hic tibi perpetuis resonant concentibus aedes,
Ossibus et sacris semper habetur honor,
Cum laeti famuli celebrant hic festa benigni
Laudibus instantes nocte dieque tuis.
16. Dirige corda pius et tempora dirige nostra
Atque dies laetos ducere da famulos,
Ut semper valeant tibimet cantare quieti,
Te quoque coelesti cernere duce poli.
17. Urbanus, Damasus, Gregorius Ambrosiusque,
Hilarius, Zeno, Maximus atque Leo,
Martinus, Proculus, Caesarius Eusebiusque
Orent pro nostris criminibus variis.
18. Ordo confessorum sacratus praecipuorum
Auxilio tutos undique redde tuos
Atque tua nosmet prece dimittendo reatus
Nos fragiles mundi cladibus omnigenis.
19. Paulus et Antonius, Macarius Arseniusque,
Pachomius, Beda, Attala, Paphnutius,
Bertulphus, Libertinus, Basilius atque
Hieronymus doctor nos miserando juvent.
20. Summe Dei cultor, monachorum rector et abbas,
O Benedicte sacer atque benigne pater,
Istud coenobium coetumque tibi famulantum
Nostraque sanctificans cuncta tuere simul.
21. Maurus et Othmarus, Simeon, Gallusque Columba
Et simplex Paulus Hilarionque simul,
Solentur precibus, vitare queamus ut hostis
Praestigium cauti versutiamque lupi.
22. O dilecte Dei radians virtute corusca,
Sancte Anselme pater, junge preces pariter,
Intercede pius veniam poscendo misellis
Aureque jam blanda carmina percipiens.

23. Felicitas felix, Eulalia digna, Verena,
 Petronillaque cum perpete Perpetua,
 Agnes atque Agathes, Christina, Euprepia, Thecla,
 Eufemia, Regula, Eugenia atque bona.
24. Helena cum Paula, Scholastica cum Juliana,
 Candida cum Fusca Febroniaque pia,
 Margarita simul, Donatilla, Caecilia, Flora,
 Dent veniam nostris saepe rogando probris.
25. Virginitate chorus resplendens, candidularum
 Turba puellarum, integritate nitens,
 Quae geminis gaudens pulchrum decorata coronis,
 Laude pudicitiae martyriique simul.
26. Omnes nunc sancti, nostris succurrite lapsis
 Et veniam cunctis ferte juvando malis,
 Nam vestris precibus petitis quaecunque rogantes,
 Annuit ipse pius nilque regat Dominus.
27. Pacem perpetuam rogitamus perfice, Christe,
 Et sanae vitae gaudia longa diu,
 Temperiem coeli tribuens, ut copia frugum
 Omnibus abundet ubere laetitia.
28. Agne Dei patris, mundi qui crimina tollis,
 Optatae pacis munera dona tuis.
*Κύριε παντοκράτωρ, ἰσως σωτήρ δέ τε παντός,
 Σὺ βασιλεὺς ἡμῶν, Χριστ', ἐλέησον ἡμῶν.*

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. 1343 Sessorian. 62. — Die Litanei Humili prece ist von Hartmann von St. Gallen verfasst. Während dieselbe sonst häufig verkürzt erscheint, ist sie hier bedeutend erweitert und verändert, weshalb sie in vorliegender Bearbeitung hier aufgenommen. Vgl. Migne PP. LL. 87, s. 32, 138, 1082 u. f. — 2, 3 radians. — 3, 1 omnes. — 4, 2 relevet. — 6, 4 juvet. — 13, 4 sistat. — 14, 3 poterit nos clare. — 16, 4 Tuoque coelestis. — 18, 1 sacratus confessorum. — 18, 3 tuos nosmet impetres. — 19, 4 juvet. — 20, 3 Istum coenobium. — 23, 1 serena. — 26, 2 ferte vincendo. — 27, 1 rogitamus perspicue. — 27, 2 Ut sanae. — 27, 4 laetitia. — 28, 3 Kyrie pantocrator isoso disse te pante. — 28, 4 Sub basileos ymnum Kyrie, eleisson ymas. — Diese beiden Verse fehlen bei Migne l. c., finden sich aber in der Prager Hs. VI G 10 saec. 14. in., wo sie lauten:

Kyrie panton craton ysos sodisse te pantos
 Sub basiles ymon Christe eleisson ymas.

129. In Natali Apostolorum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Ad te nostras, Domine,
 Preces omni tempore
 Supplicantes fundimus,
 Hymnos quando psallimus.</p> | <p>2. Sancte pater, solitam
 Tuam per clementiam,
 Nos et nostras pariter
 Audi voces jugiter.</p> |
|---|--|

3. Adest dies celebris,
Valde venerabilis,
In quo nos officium
Celebamus mysticum.
4. Bis nam sena sidera
Atque lunae cornua
Sol perlustrat proprii
Annuatim radiis.
5. Christi splendor fulgidus,
Chorus apostolicus,
Cujus lucis gratia
Coruscat ecclesia.
6. Hi sunt terrae principes,
Omnis mundi iudices,
Quorum voce fidei
Orbis iter obtinet.
7. Pietatem Domini
Deprecemur seduli,
Ut per apostolicam
Nos conservet gratiam.
8. Tibi, Christe, gloria,
Honor, benedictio,
Gratiarum actio
Per infinita saecula.

Hymn. ms. Fredelariensis saec. 11. Cod. Casselian Theol. IV 25.

130. De Apostolis.

1. Bella qui carnis nova protulistis,
Regis aeterni stabiles amici,
Quae damus vobis Domino ferenda,
Sumite vota.
2. Vos crucis Christi probra multa passi,
Munus acceptum moriendo facti,
Quidquid in nobis viget impudicum,
Mortificate.
3. Qui minas regum, rabiem ferarum,
Flagra vicistis fidei triumphis,
Nos in aeternum precibus juvate
Vincere mundum.
4. Hostis antiqui laqueis solutos
Atque culparum maculis piatos,
Mortuos mundo, date nos beatos
Vivere Christo.
5. Praestet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati pariterque sancti
Spiritus, cujus resonat per omnem
Gloria mundum.

Brev. ms. Palatin. Vindob. 1826 saec. 12. A. — Brev. ms. Superioris
Altae saec. 12. Clm. Monacen. 9633. B. — „In festo Sancti Jacobi“ A. —
Doxologie nur begonnen AB.

131. In unius Apostoli.

1. En, adest festum gratiae,
Tollens malum moestitiae,
Quo vir hic apostolicus
Praefectus et catholicus
2. Reliquit cuncta terrea,
Caduca et phantastica,
Ascendit super sidera
Ad gaudia coelestia.

- | | |
|---|---|
| 3. Hic fuit cancellarius
Et verus secretarius,
Quem Jesus lumen saeculi
Misit doctorem populi. | 5. Per te donetur venia
Et gratiarum munera,
Per quam possimus vivere
Ad regulam justitiae. |
| 4. Eja, dulcis apostole,
Quem veneramur hodie,
Devote te colentibus
Adesto clemens omnibus. | 6. Sit tibi, alma trinitas,
Laus, honor et sublimitas
Pro tali, tanto nuntio,
Quem tu misisti saeculo. |

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19363 saec. 15.

132. In unius Martyris.

- | | |
|---|---|
| 1. Dies sollemnis agitur,
In qua hic martyr colitur,
Qui sustinens poenalia
Scandit ad aeternalia. | 4. Idcirco nullus hodie
Diffidat te accedere,
Cum plenus sis dulcedine
Et pietatis opere. |
| 2. Quam felix es, qui vincere
Poenas tortorum quiveras,
Ut Christum lucrifaceres
Et in aeternum plauderes. | 5. Christi athleta inclite,
Te venerantes respice,
Ut tua per suffragia
Nostra solvantur crimina. |
| 3. Jam nunc in coelo jubilas
Et signis novis rutilas,
Qui cunctis infirmantibus
Confers medelae gratiam. | 6. Laus tibi, sancta trinitas,
Quae martyrem glorificas,
Nobis praestans subsidia
Per ejus digna merita. |

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19363 saec. 15. — 2, 2 lucrifacere.

133. In Festis Martyrum.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Rex Christe, splendor gloriae,
Laudes referimus tibi,
Qui profluo miraculo
Sanctorum ornas atrium. | 4. In quorum ore Deus est,
In quorum corde Christus est,
In quorum corde pietas,
Justitia et veritas. |
| 2. Qui in pace ecclesiae
Florentes more lili
Praedicaverunt populum,
Ut replerent paradisum. | 5. Orti de faece pulveris
Pro bonis suis meritis
Similes facti angelis
Fruuntur claris gaudiis. |
| 3. Sumentes arma bellica
Contra hostis nequitiam
Gestabant scutum fidei,
Gladium spiritus sancti. | 6. Ad quorum ossa mortua
Ad magnam Christi gloriam
Nova crescunt miracula,
Dantur plebi suffragia. |

- | | |
|---|--|
| 7. Dum datur salus languidis,
Redditur vita mortuis,
Lumen refunditur caecis,
Capiunt gressum debiles. | 8. Te nunc oramus, Domine,
Eorum nos munimine
Ab omni malo protege,
Oblata vota tribue. |
|---|--|

Deo patri sit gloria.

Brev. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 387. A. — Brev. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 413. B.

134. In unius Confessoris Pontificis.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaude, fidelis concio,
Et benedic altissimo
In die hac laetitiae,
Quae confert dona gratiae. | 4. Eja, intende precibus,
Quas actu ad te fundimus,
Stantes, ne cadant, roborata,
Lapsos, ut surgant, adjuva. |
| 2. Nam praesul tam sanctissimus,
Cujus nunc festum colimus,
Migravit ab hoc pelago,
Laetatur in empyreo. | 5. Erroris pelle nubilum
Per lucis tuae radium,
Fac Deum semper colere
Et spem in ipsum ponere. |
| 3. Hic fuit lux in populo,
Exemplar toti saeculo,
Fulsit doctrinae radiis,
Resplendet nunc prodigiis. | 6. Laus trinitati debita,
Honor, potestas, gloria,
Quae sua ex clementia
Praestat salutis praemia. |

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19363. saec. 15. — 2, 3 Migratur ab.

135. De Confessore Pontifice.

- Christe, pastorum caput atque princeps,
Praesulis gaudens celebrare festum,
Debitas sacro pia turba psallit
Carmine laudes.
- Ille non vano tenuit tremendam
Spiritu sedem proprio nec ausu
Sed sacrum jussus Domino vocante
Sumpsit honorem.
- Strenuum bello pugilem superni
Chrismatis pleno tuus unxit intus
Spiritus cornu posuitque sanctam
Pascere gentem.
- Hic gregis pastor fuit atque forma,
Lux erat caeco, misero levamen,
Providus cunctis pater omnibusque
Omnia factus.
- Christe, qui sancti meritis coronam
Reddis in coelis docili magistrum
Fac sequi vita similique tandem
Fine potiri.

6. Laus redemptori Domino perennis,
Aequa laus summum celebret parentem,
Spiritus sancti resonet per omnem
Gloria mundum.

Hymn. ms. Sanctensis s. n. saec. 15. add. saec. 16.

136. De uno Confessore.

- | | |
|---|--|
| 1. Confessor aeterni patris,
Invicte miles filii,
Athleta fortis spiritus,
Nobis fave poscentibus. | 5. Tui precatus munere
Nostros reatus dilue,
Arcens mali contagium,
Vitae removens taedium. |
| 2. Christi crucem tu bajulas
Christoque confixus cruci,
Jucunda spernens saeculi
Gaudes modo in regno Dei. | 6. Soluta sunt jam vincula
Tui sacrati corporis,
Nos solve vinclis saeculi
Amore filii Dei. |
| 3. Tu nempe felix gaudia
Ovans conscendis ardua,
Coeligenarum epulis
Fruiturus perennibus. | 7. Hujus, o Christe, meritis
Nostris adesto precibus,
Quo tibi laudum debita
Deferamus obsequia. |
| 4. Nunc ergo nobis, quaesumus,
Praesens adesto cominus
Omne impetrando commodum
Et post perenne gaudium. | 8. Tibi patrique gloria
Cum sancto sit spiramine
In summa coeli curia
Nunc et per cuncta saecula. |

Orat. ms. Tegurin. anni 1470. Clm. Monac. 20021. — De sancto Benedicto. — Zu vergleichen ist Morel 289 und 296, die aber nur Str. 1, 2, 4 und eine andere Doxologie enthalten. Verfasser ist Ekkehard von St. Gallen. Vgl. Migne 87, 48.

137. In unius Confessoris.

- | | |
|--|---|
| 1. Coelum, terra et maria
Cunctaque abyssalia
In his et existentia
Deo decantent carmina. | 4. Corpus mactavit jugiter
Et vixit regulariter,
Abstractus a terrestribus,
Suspensus in coelestibus. |
| 2. Qui confessoris merita
Et opera magnifica
Ostendit nunc in patulo
In hoc fluenti saeculo. | 5. En, supplices nos quaesumus
Et preces ad te mittimus,
Aufer rancoris odium
Tolle vindictae impetum. |
| 3. Hic sanctitate floruit,
Orando multis profuit,
Et haec, quae Christus docuit,
Vita pro posse tenuit. | 6. Fatiscat omne vitium,
Splendor nitescat mentium,
Et tandem lux perpetua
Nos satiet in saecula. |

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19363 saec. 15. — 3, 2 profuit.

138. De Confessoribus.

- | | |
|---|---|
| 1. Laudemus Christi gratiam,
Confessorum constantiam,
Quorum doctrina fulgida
Splendet mater ecclesia. | 3. Quorum, Deus, suffragiis
Absolve nos a vinculis,
Peccaminum resticulis,
Quibus gravamur nimium. |
| 2. Qui carnis continentiam
Servantes propter Dominum
Fraglantes velut lilium
Reddunt odorem optimum. | 4. Praesta, pater piissime
Patrique compar unice
Cum spiritu paraclito
Nunc et per omne saeculum. |

Brev. ms. Benedictin. saec. 12. Cod. Lucen. 1463. A. — Hymn. ms. S. Scholasticae Casinen. saec. 15. Cod. Casinen. 869. B. — Brev. ms. Benedict. Brixinen. saec. 13. Cod. Univ. Bononien. 2493. C. — Von der Doxologie nur der Anfang B.

139. De pluribus confessoribus.

- | | |
|--|---|
| 1. Coelum digne tripudiat,
Terra gaudiis intonat,
Sanctorum pro solemnibus
His orbis totus jubilat. | 3. Horum ergo precibus
Absolve nos reatibus,
Quorum concedis hodie
Solemnia recolere. |
| 2. Quos mundus hic dum tenuit,
Vitam horum obstupuit,
Quod praeter carnem vixerint
Nec non signis claruerint. | 4. Oramus vestris precibus
Culpis mundemur omnibus,
Jungamur piis coetibus,
Agni sequamur choreas. |
| 5. Praesta, solus ingenite,
Praesta, Deus tu genite,
Praesta, sacer paraclite,
Rex per aeterna saecula. | |

Brev. ms. Sitanstettense LXXXV saec. 15. A. — Brev. ms. Novatellense anni 1501. Cod. Oenipontan. 405. B. — 1, 4 Is orbis B. — 2, 2 vixerunt A. — 2, 4 claruerunt A. — 3, 1 precibus A. — In B als de ss. Ingenuino et Albino ad Nocturnum.

140. In unius Virginis.

- | | |
|--|--|
| 1. O virgo venerabilis,
Decora et spectabilis,
Tu gemma pudicitiae
Et speculum munditiae. | 4. Quam felix es, quae ingredi
Quivisti regis thalamum,
Portans accensam lampadem
Per vitae claritudinem. |
| 2. Tu facta es eburnea
Vincendo carnis lubrica,
Candens virtutum flosculis,
Laudanda es in populis. | 5. Sis nostri memor, domina,
Dum pangis agno cantica,
Gravatos sorde libera
Delendo mortis crimina. |
| 3. Fuisti virgo sapiens,
In cunctis bene vigilans
Adeptaque centesimum
Fructum, immo milesimum. | 6. Praesta, beata trinitas,
Ut virginalis castitas
Exstinguat flammam igneam
Det mentemque virgineam. |

Chm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19363. saec. 15.

141. De una Virgine.

- | | |
|---|--|
| 1. Hymnum beatae virgini
Dic, turba, voce supplici,
Lauda Deum per omnia
Ejus canens miracula. | 3. Quod nunc in alma virgine
Palam valemus cernere,
Sexum domans quae labilem
Vitam gerebat caelibem. |
| 2. Infirma mundi eligit
Et magna spernens projicit,
Infirmat idem fortia,
Confortat autem vilia. | 4. Pomposa mundi gaudia
Contempsit ut ludibria,
Soli Deo se subdidit
Illique totam tradidit. |

5. Deo patri sit gloria.

Hymn. ms. Sangallensis anni 1446. Cod. Sangallen. 16. — Mel: Votiva orbi gaudia.

142. De una Electa.

1. Jubilo cordis et voce canora
Matrem plebs sanctam fidelis honora,
Ipsius opem jugiter implora
Hac die sacra.
2. Qua vitae hujus finito labore,
Virtutum pollens vario decore,
Petiit coelum celebri honore
Carne soluta.
3. Haec mundum vicit dimicans cum mundo,
Hostem prostravit carnem macerando,
Pervigil orat Christum invocando
Mente devota.
4. Pauperum mater, orphanorum nutrix,
Pascit egenos pupillorum tutrix,
Sanat aegrotos moestorum solutrix,
Famine grata.
5. Sobria, prudens, pia, clemens, mitis,
Casta, pudica, dulcis Sunamitis,
Impetra nobis, generosa vitis,
Regna beata.
6. Quod, pie Deus, praestare digneris
Precibus hujus sanctae mulieris,
Qui trinus unus universa regis
Per cuncta saecula.

Brev. ms. Glogaviense saec. 14/15. Cod. Wratislaviens. I Q 251.

143. De una Electa.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Gratuletur ecclesia,
Nam summi regis filia
Post hujus mundi tristia
Scandit ad vitae gaudia. | 4. Igne flagrabat fidei
Amore succensa Dei,
Signis effulgens variis
Coeli potitur praemiis. |
| 2. Haec vera Christi famula
Inventa sine macula
Deum amavit sedula,
Cum quo regnat per saecula. | 5. Haec de valle miseriae
In patriam laetitiae
Ad regem omnis gloriae
Laeta pervenit hodie. |
| 3. Nobili stirpe genita,
Sed virtutibus praedita,
Mundi contempsit gloriam
Adepta Christi gratiam. | 6. Laus uni Deo et trino,
Qui nos beatæ precibus
Peracto vitae termino
Conjungat coeli civibus. |

Brev. ms. Teplense anni 1353. Cod. Pragen. VII F 23. A. — Brev. ms. Melitensium in Pedepontis 8. anni 1398. B. — Brev. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI G 6. C. — Brev. ms. Pragense saec. 15. Cod. Pragen. IV F 4. D. — Brev. ms. Albense saec. 15. Cod. Liechtensteinen. 1. 4. 13. E. — Clichtoveus, Elucidatorium ecclesiasticum imp. Basileae 1517 F. — 1, 3 vitae tristia E. — 1, 4 coeli gaudia AF. — 2, 1 Ludmilla Christi A; Tu N Christi D; Haec Jesu Christi E. — 2, 4 Christo regnat E. — 3, 2 Sed virtutibus est E. — 3, 4 Christi meretur gratiam A. — 4, 2 Succensa amore fidei E. — 6, 1 Deo et triplici E. — 6, 2 Qui nos N precibus A—E. — Als de una vidua ADEF, de sancta Ludmilla C, de s. Maria Aegyptiaca B.

144. De una Electa.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Haec summi regis famula
Effulsit mundo celebris,
Quae ut sidus de nebula
Et lux prodit de tenebris. | 3. Carnis soluta nexibus
Infertur coeli solio,
Quae nobis piis precibus
Succurrat in exilio. |
| 2. Gloriam mundi penitus
Spernens virtute claruit,
Illustrata divinitus
Deo servire studuit. | 4. Laus uni Deo et trino,
Qui nos Ludmillae precibus
Peracto vitae termino
Coeli jungat civibus. |

Brev. ms. Teplense anni 1353. Cod. Pragen. VII F 23. A. — Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI G 6. B. — Brev. ms. Pragense IV F 4. saec. 15. C. — Brev. ms. Pedepontanum anni 1398. Cod. Meliten. Pragen. 8. D. — 1, 2 mundo coelitus B. — De vidua. In laudibus A.

145. De una Electa.

- | | |
|---|--|
| 1. Hic dies nobis gaudia
Praestet et beneficia,
Quo sancta haec ad aethera
Scandit, quam actu colimus. | 2. Quam felix es, o domina,
Quae cuncta mundialia
Sprevisti, summo studio
Ut adhaereres Domino, |
|---|--|

3. Cujus te amor compulit
Vim magnam tibi inferens,
Ut et pro posse faceres,
Quae hic in terra docuit.
4. En, gemina dilectio
Replevit tua viscera,
Quae recreasti pauperes
Per pietatis opera.
5. Suppeditando vitia
Spirasti ad coelestia,
Supremum bonum venerans
Et pro peccatis rogitans.
6. Eja, o Christi famula,
Nos supplices te petimus,
Ut places regem gloriae,
Offensum multo crimine.
7. Praesta, pater omnipotens,
Cum coaeterno filio
Et procedenti pneumate
Remissionem scelerum.

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19 363. saec. 15.

146. De sanctis Poenitentibus.

Ad Mat. et Laud.

1. Salus reorum, Christe, deifica,
Patens assylum tu poenitentium,
Irae paternae suavis placatio,
Tibi pangimus pectoris intimo.
2. Desperatorum, Jesu, spes unica,
Publicanorum dapsilis venia,
Tu meretricum clemens munditia,
Lava benignus nostra piacula.
3. Profligatorum redux tu pretium,
Ovem captivam reduc ad patriam,
Errantes rege, correctos protege,
Corda emundans nostra tu posside.
4. Sit trinitati gloria unicae,
Virtus, potestas, summa potentia,
Regnum retentans quae Deus unus est,
Per cuncta semper saecula saeculi.

Hymn. ms. Sangallensis saec. 12. Cod. Sangallen. 18.

147. In plurimorum Sanctorum.

1. Sanctorum omnium, quorum solemnia
Hac die celebrat mater ecclesia,
Horum suffragia et magna merita
Pro posse mihi postulo.
2. Vos omnes pariter laudo ac veneror,
Vobis congratulans, qui post certamina
Pro Deo habita in valle misera
Adepti estis coelica.
3. O quam magnifica vos cingit gloria
Coelestis patriae, quae nunquam desinit,
Sed semper incipit se ipsam renovans
In saeculorum saecula.

4. En, me temptamina mundi et daemonis
Carnisque propriae impugnant graviter,
Idcirco deprecor vestram clementiam,
Ut succurratis misero.
5. Ne fractus impetu tantorum hostium
Compellar cadere in malum aliquod,
Per quod offenderem summam essentiam,
Quam debeo diligere.
6. Praesta, piissime Deus omnipotens,
Sit impetrabile, quod sancti rogitant
Hac die celebri pro me et populo
Apud te fontem gratiae.

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19363. saec. 15.

148. In Festo Patronorum Hildesheimensium.

1. Voces erigite, laudate Dominum,
Matrem diligite, quae vitam hominum
Utero detulit, saeculo protulit
Christum, qui pacem attulit.
2. Genitrix regia, tutrix ecclesiae
Hujus egregia, serena facie
Respice supplices, protege simplices,
Hostes repelle complices.
3. Christi discipuli, martyres, praesules,
Virgines Domini, coelorum ordines,
Tenetis atria beata patria
Deum colentes latria.
4. Vos singulariter electos Domini,
Precamur pariter patronos, nomini
Vestro qui psallimus, laudes attollimus,
Fastigia recolimus.
5. Culpas abluite precibus sedulis,
Pacem tribuite Domino credulis
Justosque vivere gratiae munere,
Beato fine pergere.
6. Patri sit gloria semper ingenito,
Regnum, victoria sit unigenito,
Decus paraclito, laus sine termino
Uni trinoque Domino.

Hymn. ms. Hildesheimensis saec. 14. Cod. Beverin. 695. A. — Brev. ms. Hildesheimense saec. 15. Cod. Beverin. 686 b. B. — Brev. ms. Hildesheimense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 180. C. — Brev. ms. Hildesheimense imp. s. l. et a. D. — Brev. Hildesheimense imp. Lipsiae 1516. E. — 4, 4 Suffragia recolimus A. — 5, 3 gratiae munere fehlen A. — Verfasser des Hymnus ist Lippoldus von Steinberg.

149. De Patronis Emmeramensibus.

- | | |
|--|--|
| 1. Pro diversorum nominum
Sanctis laudemus Dominum,
Quibus in hac ecclesia
Disposuit cubilia. | 4. Hi superant aromata,
Decoris isti schemata,
Mirificis hi floribus
Adspirant et odoribus. |
| 2. Hic martyres sunt rosci,
Hic confessores cerei,
Nec desunt virginalia
Praesenti loco lilia. | 5. Jam quantum Deo placeant,
Cum cineres hic jaceant,
Signis hoc jam creberrimis
Patet et celeberrimis. |
| 3. Hic Emmeramus aries,
Wolfgangus gregis paries,
Hic pausat Dionysius
Hostem vincens Parisius. | 6. Quos ergo Deo noscimus
Tam gratos, horum poscimus
Absolvi sanctis precibus
A peccatorum faecibus. |
7. Sit trinitati gloria,
Sit nato, sit paraclito
Istorum pro victoria,
Quorum salvemur merito.

Brev. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14600 A. — Brev. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14824. B. — Diurn. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14664. C. — Diurn. ms. Emmeramense saec. 14. Cod. Palat. Vindob. 1968. D.

150. De Patronis Emmeramensibus.

Ad Nocturnum.

1. Continet multos sinus hujus aulae
Jam polo fultos, quibus astra caulae,
Quos probat caelis positos medelis
Turba fidelis.
2. Hic cinis quorum tegitur sepulchro,
Spiritus horum Deus ipse pulchro
In sinu stringit, foveat atque cingit
Luceque pingit.
3. Ergo jam cuncti, quibus ista vernant
Templa, conjuncti mala quaeque pellant,
Corrigant mores, superos decores
Dent et honores.

Diurn. ms. Emmeramense saec. 14. Cod. Palat. Vindob. 1968. A. — Diurn. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14664. B. — Diurn. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14824 C. — 3, 1 vernant fehlt.

151. De Patronis Emmeramensibus.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. In patronorum meritis
Deo canamus inclitis,
Cum summi regis gloria
Sit militum victoria. | 2. Hi fidem veram praedicant,
Virtute polo emicant,
Hi violenti rapiunt
Coelum palmamque capiunt. |
|--|--|

3. Istos impugnant daemones,
Hos caro, illos homines,
Sed sui ducis gladio
Triumphant in hoc stadio.
4. Adjutor hic pugnantium,
Hic merces triumphantium,
Quos firmat hic in acie,
Illic satiat facie.
5. Sit trinitati gloria.

Brev. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14913. — 3, 2 Hos conus (corus) illos daemones Hs.; der Sinn fordert ein Wort in der Bedeutung Welt, das aber zweisilbigen männlichen Reim haben müßte, weshalb homines nicht das Rechte sein kann.

152. In Festo Patronorum Salisburgensium.

Ad Vesp. et Noct.

1. Patroni nostri incliti
Confessoresque lucidi,
Vestris orationibus
Nos ferte in coelestibus.
2. Gentem auferte perfidam
Credientium de finibus,
Ut Christi laudes debitas
Persolvamus alacriter.
3. Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri cum filio,
Sancto simul paraclito
In sempiterna saecula.

Brev. Salisburgense imp. Venetiis 1482.

153. In Festo Patronorum Salisburgensium.

Ad Laudes.

1. Jesu, corona omnium,
Perpes corona praesulum,
In hac die clementius
Nostris faveto vocibus.
2. Nam rite mundi gaudia
Hujus dum vana respuunt,
Cum angelis coelestibus
Laeti fruuntur praemiis.
3. Horum, benignus, annue
Nobis sequi vestigia,
Horum precatu servulis
Dimitte noxam criminis.
4. Sit, Christe, rex piissime,
Tibi patrique gloria
Cum spiritu paraclito
Et nunc et in perpetuum.

Brev. Salisburgense imp. Venetiis 1482.

154. In Festo ss. Reliquiarum.

Ad Vesperas.

1. Sanctum sanctorum collaudemus Dominum,
Qui nos paterna respicit clementia
Et nobis larga salutis remedia
Per mirificas providit reliquias.
2. Quas isti sacrae donavit ecclesiae
Atque stupendis praeditas miraculis
Glorificavit ac decore induit,
Ut per has sua monstraret magnalia.

3. Nam aegros sanant et caecos illuminant,
Lepram depellunt, auditum restituunt,
Linguam resolvunt et contractos erigunt,
Daemones fugant defunctosque suscitant.
4. O venerandae earundem animae,
Hunc gregem nostrum et devotum populum,
Studentem vestris laudibus assiduis
Specialius adjuvate precibus.
5. In hujus mundi salo nos dirigite,
Adversitatum procellas compescite
Et post peracta tot laborum tempora
Ad portum verae salutis perducite.
6. Quod nobis summa atque individua
Trinitas praestet, cui est et permanet
Potestas aequa, laus et vera gloria
Per infinita saeculorum saecula.

Brev. ms. Epternacense saec. 14. Cod. Luciliburgen. 12. — 3, 1 mundi fehlt.

155. In Festo ss. Reliquiarum.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| 1. Deus, lumen de lumine,
Fons et origo gratiae,
Maximus es in minimis,
In omnibus mirabilis. | 3. Ergo illorum precibus
Nostris parce reatibus,
In hac vita nos protege
Et post da thronum gloriae. |
| 2. Vivunt ex tua gratia
Sanctorum quaeque minima,
Eorundemque merita
Ossa ostendunt mortua. | 4. Quo patri est cum filio
Et spiritu paraclito
Laus et perennis gloria
Per infinita saecula. |

Brev. ms. Epternacense saec. 14. Cod. Luciliburgen. 12.

156. In Festo ss. Reliquiarum.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Excelse coeli Domine,
Audi preces familiae,
Tuam canentis gloriam
In sanctorum memoria. | 3. O vos piorum animae,
Quas veneramur hodie,
Pro nobis intercedite,
Vitam perennem poscite. |
| 2. Ad quorum hic reliquias
Tua refulget pietas,
Nam sanitas languentibus,
Coelum patet pulsantibus. | 4. Praestet pater per filium,
Per spiritum paraclitum,
Ut virtutum profectibus
Vestris jungamur coetibus. |

Brev. ms. Epternacense saec. 14. Cod. Luciliburgen. 12.

157. De Sanctis Reliquiis.

Ad Vesperas.

1. Pange, lingua, gloriosae
Splendorem laetitiae,
Lux illuxit radiose
Praesentis ecclesiae,
Qua coluntur pretiosae
Sanctorum reliquiae.
2. Lunda laude gratuletur
Exsultans praeconio,
Dulci melo moduletur
Clara cleri concio,
Tota simul animetur
Populi devotio.
3. Vos ut aurum depuratum
Fornacis incendio,
Quo plus fulget inflammatum
Fervens tribulatio,
Cor dat magis elevatum
Coeli desiderio.
4. Quanta passi vos tormenta,
Quos insultus austeres,
Ob divina testamenta
Voluntate pauperes,
Detestati blandimenta
Dilexistis carceres.
5. Vos in polo jam sublino
Gaudetis per saecula,
Vester odor fragrat primo
Plus unguento, rosula,
Cinnamomo, nardo, thymo,
Costo, cypro, fistula.
6. Vos unguento nos virtutum
Supplices perungite,
Vos Leviathan versutum,
Ne laedat, repellite,
Vos in hostes arma, scutum
Potenter porrigite.
7. Trinum Deum unitate
Veneremur jugiter,
Unum Deum trinitate
Collaudemus pariter,
Cujus in aeternitate
Numen est perenniter.

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. — 2, 6 Poli devotio. — 5, 6 nardo, cimo. — 7, 6 Tuimen est.

158. De Sanctis Reliquiis.

Ad Laudes.

1. Laudant astra matutina
Conditoem omnium,
Quorum robur in ruina
Mane dilabentium
Subiit chorum angelorum
Coelus resurgentium.
2. Mane novum, mane laetum
Praecessit in capite,
Quod aeternum et quietum
Capietis inclite,
Christo freti, per hoc fretum
Nos sibi traducite.
3. Vos scintillae coruscantes
Igne veri luminis,
Cito cursu transmeantes
Stipulas arundinis,
Christum passum contestantes
Unda vestri sanguinis.
4. Illustrandos claritate
Vos decet agilitas,
Mira cum subtilitate
Fit impassibilitas,
Larga Dei pietate
Corporis haec qualitas.

5. Corpus gaudens sanitate,
Pollens pulchritudine.
Libertate, voluptate,
Valens fortitudine,
Vigens immortalitate,
Festivum certamine.

6. Vos concordēs, vos potentes
Pares amicitia,
Vos honore praeminentes,
Pleni sapientia,
Vos securi, vos gaudentes,
O miranda gloria!

7. Summo patri sit potestas,
Nato laus, victoria,
Sancto pneumati majestas,
Coequalis gloria,
Deus unus, vitam praestas
Et aeterna gaudia.

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. — 1, 5 Subiit quorum angelorum.

159. De Sanctis Reliquiis.

Ad Nocturnum.

1. Hac in die jucundemur
Spirituali gaudio,
Hoc in templo collaetemur
Sanctorum collegio,
Quorum coelis perfruemur
Perenni consortio.

4. Pie praesul, o Marine,
Tuis da precatibus,
Ut a cladis hinc marinae
Transferamur fluctibus,
Portum pacis da divinae
Junctis coeli civibus.

2. Lignum crucis fert insignem
Titulum victoriae,
Dulce lignum, ligans ignem
Caritatis numine,
Christianae dans insignem
Triumphum militiae.


5. Qua quiescis, Euphrosyna,
Virgo sacratissima,
Nobis aurem huc inclina,
Prece fac piissima,
Ut mundemur a sentina
Culparum putrissima.

3. Ubertate debriatis
Verae vitis germine
De torrente voluptatis
Haustum praebes, Domine,
Certis de jucunditatis
Stolae dote geminae.

6. Flori florum Christo flores,
Felix o Florentia,
Hunc, oramus, ut exores,
Ut sua clementia
Nobis coeli pandat fores
Post haec vitae spatia.

7. Patri summo jubilamen,
Cujus est creatio,
Nato perpes moderamen,
Cujus reformatio,
Sacrum nos illustret flamen,
Criminum remissio.

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. — 3, 5 jucunditate. — 4, 4 Juncti coeli.



II.

DE SANCTIS.





160. De sancto Adalberto.

- | | |
|--|--|
| 1. Exsultet coelum gaudiis,
Terra plaudat solemniis,
In Adalberti praeconiis
Plebs sonet ex praeconiis. | 4. Cujus precatu solvitur
Languor, et salus redditur,
Justis beatus jungitur,
Ut propheta promittitur. |
| 2. Nos saeculi hujus aemulos
Carnis domando stimulos
Per sanctitatis titulos
Vertat in Dei famulos. | 5. Ut Christus cum advenerit,
Horrorque mundum cinxerit,
Jungamur, si non abnuerit,
Nos quoque sibi junxerit, |
| 3. Sic coelum scandit libere
Nullius in itinere
Hostis complex, enomere
Ut nobis donet vivere. | 6. Patri dato eulogio
Ejusque soli filio,
Sancto simul paraclito
In regno hoc perpetuo. |

Brev. ms. Strigoniense saec. 14. ex. Cod. Palat. Vindobonen. 1829. — 1, 3 Eine Silbe zuviel; lies In Alberti? Da der ganze Hymnus nichts Spezifisches vom hl. Adalbert enthält, ist der Name vielleicht hier statt eines andern eingeschoben. — 2, 1 Vos saeculi; falsche Initiale des Rubrikators. — 3, 1 Lies Hic coelum? — 3, 3 enomere soll wohl soviel sein und heißen als ἐννομῶς. — 4, 4 Ut et propheta. — 5, 3 hat eine Silbe zuviel; lies sin abnuerit oder si adnuerit? — 6, 4 In fehlt. Der Reim legt die Vermutung nahe, daß entweder die ganze Doxologie nicht ursprünglich oder 6, 3 und 4 verdorben sind. — Den Hymnus hat aus eben dieser Hs. Dankó, Vetus Hymnarium Ecclesiasticum Hungariae, S. 171 ediert, hat aber an einer ganzen Reihe von Stellen falsch gelesen.

161. De sancto Adalberto.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, Dei clare
Miles Adalberte,
Respice canentes
Tibi supplicantes. | 4. Igne mali grana
Penitus cremata
Per de redivivum
Protulere fructum. |
| 2. Nobis, fac, ut pius
Miserator Christus
Indulgeat cuncta
Perperam commissa. | 5. Graviter crudeles
Vicisti Fresones,
Preme cunctos hostes
Nobis adversantes. |
| 3. Annuet in cunctis,
Quaecunque rogabis,
Cujus caritati
Totum te vovisti. | 6. Ut corde securo
Famulantes Christo
Possimus gaudere
Tecum sine fine. |

7. Doxa patri summo,
Laus aequalis nato
Cum spiritu sancto
Nunc et in aeternum.

Hymn. ms. Egmontensis saec. 15/16. Cod. Hagen. X 142.

162. De sancto Adriano.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| 1. Martyr Christi Adriane,
Miles fortis et inclite,
Tuis edocti monitis
Vitemus iram iudicis. | 3. Athleta fundens sanguinem
Pro Christo victor nobilem
Regnum scandisti polorum,
Regnaturus in aeternum. |
| 2. Gregem tuere proprium,
Hostem repelle improbum,
Ut caritate fervidi
Vincamus artes invidi. | 4. Precamur omnes sedule,
Nobis, beate, subveni,
Quo tibi melos gloriae
Pangamus omni tempore. |
| 5. Laus sit parenti Domino,
Laudes canamus unico,
Laus utriusque flamini
In saecula laudabili. | |

Orat. ms. saec. 14 in Cod. Guelfenbyteran. 1544 (H. 1420).

163. De sancto Adriano.

- | | |
|--|--|
| 1. Sancte Martyr Adriane,
Miles Christi inclite,
Tua prece commendare
Nos tu Deo satage,
Ut pro sua clementia
Nostra laxet scelera. | 3. Laude digna tu probaris,
Nam a Deo veneraris
Usa jugi gaudio
In coeli palatio,
Pro curtae poenae praemio
Potiris sacra laurea. |
| 2. Votis nostris annue,
O tu cohors beata,
Huic in martyrio
Aequae comparata,
Nostra quod intentio
Fiat Deo grata. | 4. Nos licet sumus indigni
Et in actis tam maligni
Ac ingrati servuli,
Vestris interventibus
Placate Deum citius,
Ut nobis sit propitius. |
| 5. Te, summe Deus, petimus,
Faveto nostris precibus,
Remitte, quae commisimus,
Ea luendo mitius
Et post vitae curricula
Nos coelicis associa. | |

Antiph. ms. S. Mariae Trajecten. saec. 13. Cod. Ultrajectin. 406. add. saec. 15. A. — Antiph. ms. S. Mariae Trajecten. saec. 14. Cod. Ultrajectin. 407. add. saec. 15. B. — 2, 6 Domino grata AB. — Mel.: Urbs beata Hierusalem.

164. De sancto Aegidio.

1. Gaude, fidelis concio,
Sancto plaudens Aegidio,
Ejus namque solemnia
Sacra colit ecclesia.
2. Confessor est eximius
Christi sanctus Aegidius,
Quem oriundum Graecia
Dei lustravit gratia.
3. Laudabuntur per saecula
Virtutes et miracula,
Quae divina potentia
Patravit ab infantia.
4. Aetatis puer tenerae
Viro languenti misere
Vestem dedit, remedia
Per quam cepit salubria.
5. Per hunc omnis infirmitas
Fugit, cessit sterilitas,
Recuperata copia
Gavisa fuit Gothia.
6. Perfecte quia credidit,
Vitam defuncto reddidit,
Ipsius ad imperia
Fugata sunt daemonia.
7. Sanctum quisquis Aegidium
Digne colit, propitium
Christum habet nec gratia
Caret petita venia.
8. Veneremur hunc pariter,
Oremus unanimiter,
Ut ad aeterna gaudia
Nos perducatur prece pia.
9. Gloria tibi, trinitas,
Laus tibi, sancta unitas,
Ex cujus sapientia
Sunt et reguntur omnia.

Brev. Aquilejense imp. Venetiis 1481.

165. De sancto Aegidio.

Ad Vesperas.

1. Aeterno regi gloriae
Hymnum canamus hodie,
Aegidii miracula
Qui divulgat per saecula.
2. Istum profudit Graecia
Stirpe creatum regia,
Docilem Dei gratia
Et praeclarum scientia.
3. Ejus tunica largitur
Aegro, qui sanus redditur,
Veredemio jungitur,
Eremus quibus colitur.
4. Terra, quae fuit sterilis,
Ejus prece fit fertilis,
Aeger sanatur debilis,
Famam fugit vir humilis.
5. Linquntur Veredemius,
Intrat saltum profundius,
Cerva pastus Aegidius
Est pro nutrice saucius.
6. Construxit monasteria
Et fugavit daemonia,
Per hunc diversa talia
Fecit Deus magnalia.
7. Sit laus patri cum filio
Paraclitico hagio,
Sanctorum qui consortio
Fungi dedit Aegidio.

Brev. S. Donatiani Brugen. imp. Parisiis 1520. — 3, 4 Eremis.

166. De sancto Aegidio.

- | | |
|---|---|
| 1. Insigni Dei athletae
Laudes nos canamus laeti,
Celebri Aegidio
Graecorum stirpe progenito. | 5. Clamamus ad eum omnes:
Sancte Aegidi confessor,
Da nobis cor contritum,
Os confessum servare jugiter. |
| 2. Hic Athenis oriundus,
Ibi fulsit miraculis
Adolescens, cita prece
Nunc succurre debilibus. | 6. Nobis Christi gratiam posce,
Ut carnis ejus sacramentum
Valeamus accipere
Ad salutem animae. |
| 3. Felix valde Gallia,
Quem generavit Graecia,
Tu patronum defensoremque
Habes divino munere. | 7. Demum, sancte Aegidi,
Nos defendas in agone
Per juvamen, ut Christum
Videamus in perpetuum. |
| 4. Qui mota sedat maria,
Captorum solvit vincula,
Nos ad portum salutis trahe,
Peccatorum solve vincula. | 8. Praesta, pater ingenite,
Jesu, cum sancto flamine,
Ut precibus Aegidii
Jungamur in coelestibus. |

Brev. ms. Capit. Dusseldorpin. saec. 15. Cod. Dusseldorpin. C 64. — Ich habe am Texte keinerlei Verbesserungen vorgenommen, da der unheilbaren Schäden doch zu viele bleiben.

167. De sancta Afra.

- | | |
|--|--|
| 1. O virtus Dei praepotens,
Tuos exaudi supplices
In his festivis gaudiis
Beatae Aefrae martyris. | 3. Hinc a ministris rapitur,
Igni cremanda traditur,
Sed manet imperterrita
Tamquam dolorum nescia. |
| 2. Quae cum ad votum judicis
Servire nollet idolis,
Corpus, in quo peccaverat,
Incendiis obtulerat. | 4. Tendens in altum lumina,
Dum palmas premunt vincula,
Solo relictis artubus
Coelum capessit spiritus. |
5. Hinc trinitati debita
Laus, honor et victoria
Perenniter sit omnia
Per saeculorum saecula.

Brev. ms. Fuldense saec. 15. Cod. Fulden. Aa 81. — 3, 1 Hic a ministris. — 5, 1 dedita.

168. De sancta Afra.

- | | |
|--|---|
| 1. Christe, salus credentium,
Unica spes moerentium,
Peccanti poenitentiam,
Da poenitenti veniam. | 2. Sancta nobis hoc obtine
Afra, quae scis optime,
Quis possit hunc invenire,
Qui per se cupit perire. |
|--|---|

3. Per te memento perisse,
In ulnis Christi redisse,
Quibus imponas precibus,
Nos te supplices petimus.
4. Praesta, pater piissime
Patrique compar unice,
Cum spiritu paraclito,
Et nunc et in perpetuum.

Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 84.

169. De sancta Agatha.

Ad Nocturnum.

1. Age, lingua, gloriosae
Comple festa martyris,
Prosa, cantu copiose
Fini laudem virginis,
Quam implevit gratiose
Donum sancti flaminis.
2. Gaude, virgo, cum connexu
Patris atque filii
Sponsi tui in amplexu
Pro palma martyrii,
Fragili contenta sexu,
Sertum geris praemii.

3. Alma mater et patrona
Praesentis familiae,
Fulgens quoque cum corona
Virginalis gratiae,
Deprecare nobis

Antiph. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Bruxellen. 6426. — Das weitere fehlt.

170. De sancta Agnete.

In 1. Vesperis.

1. Ave, gloriosa,
Agnes virtuosa,
Agni sponsa digna,
Mitis et benigna.
2. Sumens agni dona,
Spernens mundi bona,
Caritate plena
Tendit ad amoena.
3. Solve, virgo grata,
Vincla peccatorum
Sumeque precata
Tibi devotorum.
4. Monstra te esse sponsam
Agni praelectam,
Sumat per te precem,
Donet nobis pacem.
5. Virgo, pugil fortis,
Sis in hora mortis
Nostra defensatrix
Atque gubernatrix.
6. Vitam nobis sanctam
Impetra aeternam,
Ut intremus chorum
Tecum angelorum.
7. Sit laus Deo patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto
Honor trinus unus.

Psalt. ms. S. Katharinae in Hoorn saec. 15. ex. Cod. Hagen. V 31.
A. — Hymn. ms. Neerlandicus saec. 15. ex. Cod. Cantabrigen. Nn IV 11
B. — 2, 4 Lies Tendis? — Str. 3 fehlt und ist durch die entsprechende
Strophe des Ave maris stella ersetzt A. — 7, 4 Trinus honor et unus A. —
Mel: Ave maris stella AB; ad Completorium B.

171. De sancta Agnete.

In 2. Vesperis.

- | | |
|---|---|
| 1. Agnetis, Christi virginis
Et pretiosae martyris,
Memoriam solemniter
Agamus unanimiter. | 4. Quo jubente angelicis
Suscipitur in manibus
Ac fertur in cubiculum
Virginibus pollicitum. |
| 2. In annis puerilibus
Spretis mundi blanditiis
Filio matris virginis
Castis adhaesit mentibus. | 5. Ibi gaudet in candida
Agnum subsequendo stola
Atque canit in cithara
De hostium victoria. |
| 3. Quem, dum in terris viveret,
Sponsum habere voluit,
Quam vere hunc diligeret,
Sanguine fuso prodidit. | 6. Cujus prece sanctissima
Da veniam cum gratia,
Christe, sanctorum gloria,
In sempiterna saecula. |

Psalt. ms. S. Katharinae in Hoorn saec. 15. ex. Cod. Hagen. V 31.

172. De sancta Agnete.

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Sion devotae filiae
Castis exsultent plausibus,
Agnetem, pulchram facie,
Dignis extollant laudibus. | 4. Nudata crine tegitur
Et veste candidissima,
Defunctus vitae redditur
Ejus prece sanctissima. |
| 2. Agnes agnum martyrio
Sequens et innocentia
De rosa fert et lilio
Sertum in agni curia. | 5. Illaesa stans in medio
Flammarum laudat Dominum,
Tandem percussa gladio
Canit in choro virginum: |
| 3. Ad locum turpitudinis
Deducta pro ludibrio,
Dono coelestis luminis
Gaudet et coeli nuntio. | 6. Quod concupivi, video,
Bonum bonorum omnium,
Quod speravi, jam teneo
Nec timeo divortium. |
7. Patri, nato, paraclito
Decus, virtus et gloria,
Qui nos Agnetis merito
Salvet et sua gratia.

Psalt. ms. S. Katharinae in Hoorn saec. 15. ex. Cod. Hagen. V 31. A. —
Hymn. ms. Neerlandicus saec. 15. ex. Cod. Cantabrigen. Nn IV 11. B.

173. De sancta Agnete.

- | | |
|--|---|
| 1. Inter choros jam virginum
Agnes floret ut liliam
Ante regem Dominum,
Virginis matris filium. | 2. Stirpe, moribus nobilis,
Deum gerens praecordiis,
Dum a scholis graditur,
Prole judicis amatur. |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Illi dum nollet cedere,
Patris adstans praesentiae,
Ad lupanar trahitur
Induviis ac privatur.</p> <p>4. Adest praefecti filius,
Quem praefocat diabolus,
Dolet pater mortuo,
Sed gaudet resuscitato.</p> | <p>5. Dehinc flammis circumdatur,
Illaesa ferro necatur,
En, spiritus ejus
In requie collocatur.</p> <p>6. Christe, nostris criminibus
Ejus indulge precibus,
Qui cum Deo patre
Et sancto regnas pneumate.</p> |
|--|--|

Diurn. ms. Constantiense saec. 14. Cod. Turicen. Rhenov. CLV. A. — Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 84. B. — 2, 3 ab scholis AB. — 2, 4 amator A. — 3, 4 Induivis ac. B. — 5, 1 flammis cumcircdatur B. — Dieses Lied steht nach B bei Morel No. 325; es verdient verglichen zu werden, um an einem Beispiele zu lernen, welche Änderungen er an den Texten vornimmt, ohne es irgend zu bemerken. Die dritte Zeile jeder Strophe hat stets eine Silbe (5, 3 und 6, 3 sogar zwei Silben) weniger als die andern Verse. Morel erkannte nicht, daß dies beabsichtigt, und flickt daher alle diese vermeintlichen Lücken aus.

174. De sancta Agnete.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Te, Christe, nostra cantica
Deprecantur dulcisona,
Ut sanctae Agnis meritis
Misericors sis miseris.</p> <p>2. Tu os corona virginum,
Salus atque fidelium,
Remunerator omnium
Bonorum semper actuum.</p> <p>3. Tu sanctam Agnem proprio
Sponsasti tibi annulo
Adstrinxistique osculo
Mentem ejus castissimo.</p> | <p>4. O sancta Agnes inclita,
Regis aeterni filia,
Precantibus assiduis
Salutem posce miseris.</p> <p>5. Te, o virgo, spiritibus
Christus junxit coelestibus,
Pro nostris jam criminibus
Deum ora quantocius.</p> <p>6. Sit tibi, Christe, gloria,
Honor, magnificentia
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |
|--|--|

Orat. ms. Thosanum saec. 15. Cod. Bruxellen. 4948. — 1, 3 Agnetis; vgl. 3, 1.

175. De sancta Agnete.

1. Inclita Agnes intravit areolam,
Rosas calcans lilia
Collegit quam plurima,
2. Sertum ut Christo plecteretur Domino,
Virectis amygdala
Subjuxit et florida.
3. Sponsus pro sertis tradidit monilia,
Ornamenta aurea,
Annulum cum corona.

4. Jubila sancta, Roma, cum ecclesia,
Agnes, tua filia
Iam fulget in glorio.
5. Laus atque honor patri sit cum filio,
Qui choro virgineo
Praeest cum igne sancto.

Hymn. ms. Saublasianus saec. 15. Cod. Araugien. W 8. 8°. — 2, 2
Virectos Hs.

176. De sancto Albano.

1. Exsultet omnis spiritus,
Albanus martyr inclitus
Mundana spreuit gaudia,
Ut raperet coelestia.
2. Theonistus hunc docuit
Mores et sapientiam,
Qui spreuit ritus gentium
Sectando Christum Dominum.
3. Sanctus in fide claruit,
Peccati carens spermate
Deo servire studuit
In sanctitatis culmine.
4. Exstirpare cum nititur
Haereticorum dogmata,
Pro fide tandem caeditur
Et permanet immobilis.
5. Christi pia clementia
Vita, mors, signa varia
Dant huic testimonium
De sanctitatis apice.
6. Quaesumus, auctor omnium,
In hoc mortali corpore
Per Albani suffragium
Crescat nostra devotio.

Grad. ms. Mosaetrajectinum saec. 15. Cod. Hagen. J 7. add. saec. 15/16. —
Mel.: Exsultet coelum laudibus.

177. De s. Alberto Carmelita.

Ad Laudes.

1. Hujus rite asperitas
Per mundi fulget orbitas,
Nam nodoso cilicio
Carnem domabat clanculo.
2. Per ferias legitimas,
Carnis trivit illecebras
Et super stratum palmitum
Nudum stravit corpusculum.
3. Hic vinum semper renuit,
Lympham potare voluit,
Ut castitatis strophaeo
Se decoraret opido.
4. Hujus nos, Christe, precibus
Supernis junge civibus
Ablatis facinoribus
Et saeculi erroribus.
5. Praesta, pater ingenite
Et fili primogenite,
Cum sacrosancto flamine
Nunc et in omni tempore.

Brev. ms. Carmeli Bambergen. anni 1464. Cod. Bambergen. Ed VII 36.
A. — Brev. ms. Carmelitanum anni 1476. Cod. Bambergen. Ed VII 24. B. —
Den Hymnus der Vesper aus der Hs. A bei Mone III, 181 u. f.

178. De s. Alberto Carmelita.

Ad Laudes.

1. Adest natalis celebris,
Dies viri Seraphici,
Alberti, civis coelici,
Quo gaudet in coelestibus.
2. Qui spreto mundi culmine
In annis puerilibus
Ad templum sanctum properans
Servire Deo petiit.
3. In arta poenitentia
Carnem castigat acriter,
Ne maculetur turpiter
Imago sibi credita.
4. Hunc hostis fallax stimulat,
Dum contemplatur fervide,
Quem Christi servus superat
Perseverando sedule.
5. Messana gaudet civitas,
Quam Christus sancti meritis
Eripuit ab hostibus
Cibum praebens famelicis.
6. Mons gratulare Drepani,
De quo talem propaginem
Deus, decorum dominus,
Produxit mundo floridam.
7. Sit trinitati gloria,
Patri simul et filio,
Sancto quoque paraclito
Per infinita saecula.

Brev. Carmelitarum imp. Venetiis 1579.

179. De sancto Alexio.

1. Romanum fulget speculum,
Alexius, qui saeculum
Liquit sequendo Dominum
Altissimus humilium.
2. Regia sponsa caruit
Ob Jesum, qui et claruit
Ingenuus verissime
In hoc caduco tempore.
3. Edissam intrat peregre,
Dives et pauper prope,
Pie vivendo Dominum
Efflagitat Jesum Christum.
4. Dehinc Mariae placuit,
De eo quae non tacuit,
Pandendo per mysterium
Ipsum fore sanctissimum.
5. Fastum mundanum fugiens
Marique praesto repetens
Optavit in Ciliciam
Transfretare provinciam.
6. Ventus velis contrarius,
Tharsum spexisset carius,
Aede patris suscipitur,
Ad alendum committitur.
7. Bis septem annis deguit,
Sub stega tres adhibuit,
Dans trinitati gloriam
Per suam victoriam.
8. Spiritum post obtulit,
Quem Deus ante voluit
Significare literis,
Quisnam fuisset, posteris.
9. Sit trinitati gloria
Fidelibusque gratia,
Ut Alexii suffragiis
Protegamur ab inferis.

Brev. Constantiense imp. s. l. et. a. — 6, 1 Nente velis.

180. De sancto Alexio.

- | | |
|---|--|
| 1. Laetare, gens catholica,
Exsulta, mens angelica,
Exortum germen gratiae
Locasti coeli acie. | 3. Sidus novae militiae,
Triumphator victoriae,
Exemplar innocentiae,
Hostem calcans saevitiae. |
| 2. O lumen evangelice,
Perfectionis coelicae
Praemonstrans formam regulae,
Dona te sequi sedule. | 4. Post hujus vitae terminum
Fac frui luce luminum,
Solutos nexu scoriae
Cinge nos stola gloriae. |
| 5. Sit trinitati gloria
In unitate solida,
Potestas et victoria
In sempiterna saecula. | |

Offic. ms. Augustana saec. 15. Cod. Sangallen. 386. — 3, 2 Triumphat victoria. — 4, 3 necis scoriae.

181. De sancto Ambrosio.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Vatem pium Liguriae,
Ambrosium paschalibus
Canamus omnes laudibus
Laetis ovantes mentibus. | 5. Sedisque pulchris lucidae
Sedere amictum splendido
Sedere relevans pernubs
Videtur a spectantibus. |
| 2. Nequimus etsi pangere,
Quibus per orbem fulgidis
Resplenduit virtutibus,
Saltem loquamur transitum. | 6. Phalanx nequam spirituum
Altrinsecus bacchantium
Torvo scirpebat murmure,
Quod torqueretur, clamitans. |
| 3. Hic propter Jesum sistere,
Exardere gaudio,
Jamjam solutis artubus
Sacco cubans vidit sibi. | 7. Grex et fidelis sedulo
Benedictionis munere
Sacrato semicinctia
Tactuque febre corporis. |
| 4. Adsunt — — ex intimis
Antistitem clamoribus,
Sumptoque Christi corpore
Coelo refudit spiritum. | 8. Gloria tibi, Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Brev. ms. Pedepontanum anni 1398. Cod. Meliten. Pragen. 8. — Der Hymnus, dem ich sonst nicht begegnet bin, ist leider schlecht überliefert. — 3, 2 unregelmäßig, doch erklärbar; vielleicht aber auch verschrieben. — 3, 3 salutis. — 3, 4 sacrato cubans. — 4, 1 Lücke; ergänze: Adsunt, vocant qui ex intimis? — 5, 1 sqq. völlig verdorben; zu restituieren vielleicht: Sedisque fuleris lucidae Sedens amictu splendido, Sese revelaat parvulis etc. — 6, 3 scirpebant. — 7, 3 Lies: Sanatur semicinctio. — Zum Verständnisse vergl. Paulinus, Vita Ambrosii n. 47.

182. De sancto Ambrosio.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Agnoscat omne saeculum,
Splendentis vitae speculum
Coeli sumpsisse bravia,
Aeterna Christi munera.</p> <p>2. Mysterium ecclesiae
Sermone quadrifarie
Enucleat qui pistico
Ex more docti mystico.</p> <p>3. Beata nobis gaudia
Ambrosius in patria
Scripsit per dicta mellica,
Exsultet aula coelica.</p> <p>4. Rex Christe, factor om-
nium,
Implens favo examinum
Os hujus in cunabulis
Somno refectis artubus.</p> | <p>5. Omnes superni ordines
Angelique cardines
Congaudent de pontifice,
Summae Deus clementiae.</p> <p>6. Sancte Dei pretiose,
Martyrum reliquiae
Translatae sunt a praesule,
Aeterne rex altissime.</p> <p>7. Jam lucis orto sidere
Ambrosio mirifice
Figent (!) signa prodigii
Clarum decus jejunii.</p> <p>8. Vexilla regis prodeunt,
Hic esum artes (!) subeunt
Ambrosius fidem roborat,
Vox clara, ecce, intonat.</p> <p>9. Splendor paternae gloriae,
Tuere nos cum flamine
Ob praesulem Ambrosium,
Jesu, redemptor omnium.</p> |
|--|---|

Offic. ms. Augustana saec. 15. Cod. Sangallen. 386.

183. De s. Andrea Episcopo.

Ad Vesp. et Noct.

1. Gaudeat magnae genitricis ordo,
Turba Carmeli veneranda magnis
Laudibus nunquam resonare cesset
Omne per aevum.
2. Ecce, confessor celebrandus omni
Saeculo nobis, genitricis almae
Vestibus sacris humeros amictus,
Ordinis auctor.
3. Ecce, Carmeli micat alma proles
Patriam multis titulis honestans
Et suis augens meritis honorem
Religionis.
4. Hic fuit fortis, patiens et omni
Integer vita, pietate fervens,
Pauperum custos, miseris benignus,
Juris amator.

5. Doctus antistes Domini monebat
Legibus sacris populum, nec unquam
Ulla pars vitae sibi praeteribat
Inscia curae.
6. Sit patri summo genitoque virtus,
Flamini sancto, Deus unus auctor,
Cuncta qui nutu regis et gubernas
Tempora vincens.

Brev. Carmelitarum imp. Venetiis 1579.

184. De Andrea Episcopo.

Ad Laudes.

1. Christe, Carmeli decus atque norma,
Gaudium mentis, pietatis auctor,
Porta, qua coelos gradimur superne,
Accipe vota.
2. Haec erunt nobis celebranda semper,
Hic dies nobis memorandus atque
Festus, Andreae referens beati
Annua sacra.
3. Ille mortales fugiens honores,
Saeculi spernens fragilis triumphos,
Matris intactae juvenis pudicus
Claustra subivit.
4. Candido splendet scapulas amictu,
Et caput gemmis diadema fulgens
Ornat, aeternos referens honores
Hoste sepulto.
5. Sit patri summo genitoque virtus,
Flamini sancto, Deus unus auctor,
Cuncta qui nutu regis et gubernas
Tempora vincens.

Brev. Carmelitarum imp. Venetiis 1579.

185. De sancta Anna.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Annae festum cum gaudio
Praesens celebret concio,
Ut jungas mentes vocibus,
Veni, creator spiritus. | 2. Anna spreta, quod sterilis,
Tandem fit jure celebris,
Cujus tulit opprobrium
Deus, creator omnium. |
|---|--|

- | | |
|--|---|
| 3. Fecundata natam profert,
Fert ad templum, Deo offert,
Quam castitatis speculum
Agnoscat omne saeculum. | 5. Conceptus sine semine
Tandem prodit de virgine,
Quem quaeris interficere,
Hostis Herodes impie. |
| 4. Sacris locis educatur,
Miro modo impregnatur,
Cujus venter, concipiens
Verbum supernum pro-
diens. | 6. Anna mater, placa Jesum
Pro peccatis orbis caesum,
Nos salva, rogent singuli,
Jesu, salvator saeculi. |
| 7. Trino Deo et simplici
Canamus voce supplici,
Ubi manet divinitas,
Tu trinitatis unitas. | |

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. A. — Brev. Sleswicense imp. Sleswici 1512. B. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. C. — 3, 3 Quem castitatis C. — 4, 3 Cujus fit venter BC. — 7, 3 Tibi manet B.

186. De sancta Anna.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Praesentis festi tempore
Nos monet somnum rumpere,
Lucis propinquae praescius,
Ales diei nuntius. | 3. Aeterna Christi munera
Jam gustans super aethera,
Precamur, solve vincula,
O gloriosa domina. |
| 2. Colamus Annae transitum,
Laudemus ejus meritum,
Quam jam fecit laudabilem
Urbs beata Hierusalem. | 4. Duc nos tecum ad gaudia,
Ubi manes in patria,
Pax nostra jugis et quies,
Christe, qui lux es et dies. |
| 5. Hinc trinitati gloria
Sit semper et victoria,
Tu finis et principium,
Rex Christe, factor omnium. | |

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. A. — Brev. Sleswicense imp. Sleswici 1512. B. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. C. — 3, 2 gustas B. — 5, 1 Hic trinitati B.

187. De sancta Anna.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Lux, ecce fulget celebris,
Qua migravit de tenebris
Anna soluta corpore
Jam lucis orto sidere. | 3. Te vexit super aethera,
Ante qui suxit ubera,
Qui te ad thronum sustulit.
Praesepe poni pertulit. |
| 2. Matri congaudet filia
Inter cantus tripudia,
Simul cum sanctis omnibus
Exsultet coelum laudibus. | 4. Audi precantes servulos
In tua laude sedulos,
Da nobis frui per saecula
Aeterna coeli gloria. |

5. Laus patri sit cum filio,
Sancto simul paraclito,
Quem laudemus cum cantico
Ex more docti mystico.

Brev. Sleswicense imp. Sleswici 1512. A. — Brev. Aarhusiense. imp. Aarhusiae 1519. B. — 1, 2 micat de B. — 5, 3 Quem laudamus B.

188. De sancta Anna.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Salve, parens Anna,
Illuxisti late,
Coeli ferens manna
Vitae sanctitate. | 4. O dulcis Maria,
Matri meruisti,
Quod possit in via
Sic sublimis sisti. |
| 2. Electa fuisti,
Quod sis mater Christi
Matris, mundo tristi
Vitam genuisti. | 5. Ave, maris stella,
Trementes conforta
Sub mundi procella,
Felix coeli porta. |
| 3. Castitatis testis,
Ligni vitae fructum
Carne sancta vestis,
Evae mutans luctum. | 6. Dei mater alma,
Da triumpho dona,
In virtutum palma
Vincentes corona. |

7. Sit laus Deo patri.

Brev. Nidrosiense imp. Parisiis 1519.

189. De sancta Anna.

Ad Completorium.

- | | |
|--|---|
| 1. Praesentatur hodie
Anna regi gloriae
Cum hymnis et laudibus;
Haec Mariam peperit,
Per quam Christus aperit
Sinum poenitentiae. | 3. Roga, mater, filiam,
Paradisi curiam
Move tuis precibus;
Per te detur venia,
Fluat nobis gratia
De Christi visceribus. |
| 2. Datur in coelestibus
A sanctorum viribus
Annae salutatio,
Laudat matris viscera,
Laudat matris ubera
Tota coeli concio. | 4. Fructus ventris virginis,
Unda tui sanguinis
Culpas nostras dilue;
Audi matrem, filia,
Inter rosas, lilia
Nobis locum tribue. |

Diurn. ms. Kirchheimense saec. 15. Cod. Madhingen. II 1. 8° 18.

190. De sancta Anna.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Solemnitas fidelium
Magnum revolvit gaudium,
Congaudeant coelicolae,
Piae laetentur animae.</p> <p>2. Mariae mater inclita,
Quae condonata merita
Declarat in vocabulo,
Praesenti migrat saeculo.</p> <p>3. Obtentu mater filiae,
Mariae plenae gratiae,
Nobis auctorem omnium
Reddat Anna propitium.</p> | <p>4. Annam honorant angeli,
Superni quam palatii
Deducunt in sacraria
Pro natae reverentia.</p> <p>5. Annam certatim concinunt,
Dum complacere gestiunt
Imperatrici coelicae,
Parentis hujus filiae.</p> <p>6. Anna, beati nominis
Parensque tantae virginis,
Quod tuo sonas nomine,
Tibi devotis obtine.</p> <p>7. Sit laus paterno lumini,
Sit filioque flamini,
Qui nos per Annae meritum
Coeli ducat ad aditum.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Montis S. Mariae saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. 170 (H. 1452).
A. — Brev. ms. Montis S. Mariae anni 1340. Cod. Guelfenbyteran. 546
(H. 506). B. — Hymn. ms. saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. H. 1374. C. —
Brev. ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Jagellon. 1255. D. — Cod. Monaste-
rien. 239 (723) saec. 15. E. — Diurn. ms. Dominican. saec. 14. in. Cod.
Araugien. M 5 q. F. — Brev. Othinense imp. Lubecae 1497 G. — Brev.
Roschildense imp. Parisiis 1517. H. — Brev. Goslariense imp. Halberstadii
1525. I. — Str. 3 fehlt ABCDEFI; Str. 3—6 incl. fehlen F; Str. 5 u. 6 um-
gestellt GH. Ad Laudes GH. — 1, 3 Congaudent CF, coeli curiae F. —
1, 4 laetantur C. — 2, 1 mater unica G. — 2, 2 condonata munera geger-
den Reim CDF. — 4, 3 Deducant H. — 5, 2 Dum me placere D. — 6, 3
fehlt D. — 5, 3 Quos tuo sanas H; sonat C. — 7, 1 sqq. Deo patri sit
ABCDEI.

191. De sancta Anna.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ut celebri lactitia
Congaudeat ecclesia,
Festum honoret celebre,
Quod causam dat lactitiae.</p> <p>2. Lux adest venerabilis,
In qua supernis gaudiis
Mater Mariae virginis
Inducitur ab angelis.</p> | <p>3. Hinc solemnizent hodie
Superni cives curiae,
Pro tantae matris gloria
Resultet coeli machina.</p> <p>4. Nos ergo devotissima
Jungamus his praeconia,
Sonent hymnorum cantica
Meraeque vocis organa.</p> <p>5. Parens reginae coelicum
Ora pro nobis Dominum,
Ut mundi post exsilium
Det sempiternum gaudium.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Montis S. Mariae saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. 170 (H. 1452).
 A. — Brev. ms. Montis S. Mariae anni 1340. Cod. Guelfenbyteran. 546
 (H. 506). B. — Hymn. ms. saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helmst. 1374. C. —
 Cod. Monasterien. 239 (723) saec. 15. D. — 2, 2 *suavis gaudiis* D. — 3, 2
Suave cives coelice D. — 5, 4 *Dat* D.

192. De sancta Anna.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Chori plaudant alacriter
 Angelorum et hominum,
 Congratulando pariter
 Matri reginae virginum.</p> <p>2. Quae regam et pontificum
 Proles et mater pauperum,
 Ornans hortum dominicum
 Velut lignum fructiferum.</p> | <p>3. Ex Joachim, quem habuit
 Vitae virum eximiae,
 Coeli reginam genuit,
 Matrem solis justitiae.</p> <p>4. In sedibus regalibus
 Cum filia jam jubilat,
 Quae prae beatis omnibus
 Ut sol prae stellis rutilat.</p> <p>5. Sit honor regi gloriae,
 Qui meritis et precibus
 Hujus matris et filiae
 Nos jungat coeli civibus.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Dominican. anni 1407. Cod. Stuttgartien. 1 b 46 (4^o). A. —
 Psalt. ms. Carmeli Heilbronnen. saec. 15. Cod. Stuttgartien. 1 b 95 (2^o).
 B. — Hymn. ms. Neerlandicus saec. 15. ex. Cod. Cantabrigen. Nn IV 11. C. —
 1, 4 *Reginae coeli virginum* A. — 2, 1 *Ave regum pontificum* A. — 2, 3
Ornant AC. — 3, 4 *Atque matrem justitiae* A. — 4, 4 *prae cunctis ru-*
tulat A.

193. De sancta Anna.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Novum sidus in superis
 Exortum fulget hodie,
 Translatum hinc de tenebris
 Ad claritatem patriae.</p> <p>2. Ad gloriam de gratia
 Transivit dicta gratia,
 Plena gaudens laetitia
 Dilecti sub praesentia.</p> | <p>3. Alternis se conspectibus
 Cernentes mater filia,
 Versis ad Jesum vultibus
 Stupent ineffabilia.</p> <p>4. Quae tantis fulges meritis,
 Per te donetur gratia
 Nobis in cursu temporis,
 Finito cursu gloria.</p> <p>5. Jesu, Mariae filio,
 Laus, honor sit et gloria,
 Qui nos ab hoc exsilio
 Ductos locet in patria.</p> |
|---|--|

Diurn. ms. Dominican. saec. 14. in. Cod. Araugien. M 5 q. add. saec.
 15. — 2, 2 *Transivit de ea gratia*. — 3, 1 *Alterius se*. — 5, 1 *sqq.* *Deo*
patri sit gloria etc. Die spezielle Doxologie aus Milchsack I, 25, der das
 Lied aus ungenannter Quelle mitteilt.

194. De sancta Anna.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Salve, parens matris Christi,
Stellam quia protulisti,
Unde sol emicuit;
Lux de luce prodit oria
Clausa permanente porta,
Vates ut praecinuit. | 3. Tu pridem infructuosa
Cunctis eras odiosa
Tuis contribulibus,
Prole tandem fecundata
Es beata praedicata
Olim te spernentibus. |
| 2. Felix ista genitura,
Pro qua Deus mortis jura
Dissipare voluit,
Auctrix Anna tanti boni,
Cedis maledictioni,
Vetus lex quam statuit. | 4. Ergo natam deprecare,
Nos ut suo commendare
Nato velit precibus;
Quod praestare tu dignare,
Bona cuncta qui creare
Scis et vales omnibus. |

Brev. ms. saec. 15. Cod. Graecen. 1548. A. — Cod. Graecen. (ol. Secovien.) 756 anni 1345. B. — In B ist das Lied als Interpolation des Ite missa est verwertet.

195. De sancta Anna.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, genitricis
Dei mater Anna,
Pro nomenclatura
Coeli donis plena. | 4. Monstra te esse matrem,
Sumat per te precem
Prolis tuae natus,
Agnus immolatus. |
| 2. Sumens pias preces
Devotioram ore,
Funda nos in pace
Pulsis morbis Adae. | 5. Vere singularis
Mater nominaris,
Nos culpis solutos
Prece fac robustos. |
| 3. Solve vincla reis,
Profer lumen caecis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce. | 6. Vitam dein puram
Cuncti agamus una,
Ut videntes Jesum
Semper allaetemur. |
7. Sit laus Deo patri.

Cod. Wernigeroden. Za 68. saec. 15.

196. De sancta Anna.

- | | |
|--|---|
| 1. Assurgentes gratulentur
Coeli cives curiae,
Collaudantes reverentur
Sanctam Annam hodie,
Cujus festo collaentur
Omnes Sion filiae. | 2. Summo Deo jubilemus
Laudum in praeconio,
Sanctam Annam praedicemus,
Largam patrocinio,
Confoveri esultemus
Piae matris suffragio. |
|--|---|

3. Anna sancta oriunda
Magnis natalitiis,
Nata mundo laetabunda
Spiritus deliciis
Et virtutibus fecunda
Carnis ex primitiis.
4. Ecce, lucent inconfusa
Trinitatis opera,
Sancta Anna dum conclusa
Trina parit copula,
Terra, pontus, astra, mundus
Qua gaudent per saecula.
5. Gloria et honor Deo
Usquequo altissimo,
Qui conregnat in trophaeo
Patri potentissimo,
Agnus morte, surgens leo
In spiritu fortissimo.

Brev. ms. Quedlinburgense saec. 15. Cod. Quedlinburgen. 132. A. —
Brev. ms. Quedlinburgense saec. 15. Cod. Quedlinburgen. 140. B. — 2, 3
Annam praecedimus AB. — 4, 4 paret AB.

197. De sancta Anna.

Ad Laudes.

1. Nocti succedit lucifer,
Quem mox aurora sequitur,
Solis ortum praenuntians
Mundum lustrantis lumine.
2. Christus sol est justitiae,
Aurora mater gratiae,
Quam lucens Anna praevenis
Legis propellens tenebras.
3. Anna, radix uberrima,
Arbor tu salutifera,
Virgas producens triplices,
Septem onustas fructibus.
4. Matris Christi tu genitrix,
Christi tu felix avia,
Cum nato cumque filia
Nos adjuva te tertia.
5. Gignenti laus et genito,
Sacro simul spiraculo,
Nostris, Deus, reatibus
Annae placare precibus.

Psalt. ms. Leodiense saec. 15. Cod. Mazarin. 385 (221). A. — Diurn.
ms. Gandavense saec. 15. ex. Cod. Mazarin. 370 (770). add. saec. 16. B. —
Brev. Windesheimense imp. Schonhovia 1499. C. — 1, 4 Mundum lus-
trans lumine B. — 2, 1 est sol C. — 2, 3 Anna lucens C. — 4, 2 Christi
fehlt C.

198. De sancta Anna.

1. Ave, radix laetitiae,
Mortis tollens opprobrium,
Cujus fructus ecclesiae
Verae dat vitae praemium.
2. Et celebri laetitia
Congaudeat ecclesia,
Festum honore celebret,
Quod causam dat laetitiae.
3. Anna, fons mirae gratiae,
Plenam propinans gratiam,
Matrem misericordiae,
Nostram pellens miseriam.
4. Quam largam patrociniis
Sacra colit ecclesia,
Ut ejus beneficiis
Crescat ad coeli gaudia.

5. Trino Deo et simplici
Laudes canat ecclesia,
Qui virtute multiplici
Annae fulsit in gloria.

Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 51. — 2, 3
honore celebit. — 2, 4 Qui causam. — 5, 4 Annae fulcit gloriae.

199. De sancta Anna.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, felix mater [Anna],
Quae cum Joachim es contempta
Atque a Ruben despecta,
Quia semen non relinqueres. | 4. Ut sis mater orbis beata,
Inter nuptas benedicta,
Nuntio prolem [benedictam]
Nascituram ex te, Mariam. |
| 2. Plorans plorasti quam amare,
Supplices ad coelum fundens
Preces et ais: benedic me
Et fecundam fac, o Deus. | 5. Gavisı sunt et confirmati
Angelico eloquio
Joachim et Anna, clamantes:
Benedictus sit Deus verus. |
| 3. Mox ut tristis sic oraveras,
Adstat te coram angelus,
Respexit, inquit, Dominus
Precem tuam et te fecundat. | 6. Te ergo matrem collaudamus
Dignam, quae mundo ederes
Prolem, quae virgo pareret
Jesum, qui cruce nos salvavit. |
7. Laus tibi, Jesu benedicte,
Matri tuae decus summum,
Aviae Annae gloria
Celebris sit nunc et perpetim.

Antiph. ms. S. Cuniberti Colonien. s. n. saec. 16. — 1, 3 Ac a Ruben. —
1, 4 relinquereris.

200. De sancta Anna.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|--|
| 1. Coeli decor inclinatur,
Annae venter irrigatur,
Ejus caro dum paratur
Pro thalamo gratiae. | 4. Parvi fontis irriguum
Jam redundatur in altum,
Dum mystica suavitas
Dedit matri filium. |
| 2. Basis virtutum jacitur,
Anna mater dum salutatur,
Gratiae stirps erigitur,
Maria cum paritur. | 5. O Joachim conjux, plaude,
Avia filii Mariae,
In tuo Christo nepote
Te laudat orbis hodie. |
| 3. Scala gloriae panditur,
Templum Annae dum aperitur,
Virginis arca cernitur,
Salvator cum gignitur. | 6. Restis fidei carinae,
Mitis mater Anna Mariae,
Per te trahamur invite
Ad anchoram gratiae. |

7. Annae proles benedicta,
In tuae matris gloria,
Veni, nobis propitia
Coeli ut dones gaudia.

Brev. ms. Strigoniense saec. 14. ex. Cod. Palat. Vindobonen. 1812. — Die zweite Zeile aller Strophen mit Ausnahme der ersten, vierten und siebenten hat eine Silbe mehr, die vierte Zeile aller Strophen mit Ausnahme der fünften und siebenten hat eine weniger. — 5, 1 fehlt eine Silbe; O ergänzt.

201. De sancta Anna.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Auroralis lux gignitur,
Ros lunaris jam funditur,
Dum Maria egreditur
Ex sanctae Annae utero. | 3. Oliva viret colore,
Vitis redolet odore,
Dum parit Anna Mariam,
Vitae labentis medicinam. |
| 2. Aurora parit radium,
Anna gignit Dei filium
Ex Maria, visceribus
Quam gestavit serilibus. | 4. Virga florens Aaronica,
Maria, Annae filia,
Te decet laus et gloria
In tuae matris laetitia. |
| 5. Eucharis mater, avia,
Tuis precibus implora,
Ut expiatos Maria
Nos collocet in gloria. | |

Brev. ms. Strigonense saec. 14. ex. Cod. Palat. Vindobon. 1812. — 2, 3 Ex Mariae. — 2, 4 Quam gestavit in serilibus. — 5, 1 mater Anna. — 5, 3 Ut ex pii caris Maria.

202. De sancta Anna.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Anna, mater gratissima,
Deposcimus te coelibem,
Coelestis aulae vernulis
Quo perfruamur organis. | 3. Anna, tu nobis gaudia
Confer atque solatia,
Da cum beata filia
Tua virtutis gratiam. |
| 2. Salve, beata trinitas
Perenni manens gaudio,
Juva, creatrix unitas,
Regendo nos per saeculum. | 4. Maria, Annae filia,
Auferto dira crimina,
Ut in beato gaudio
Conregnemus cum filio. |
| 5. Gloria tibi, Domine. | |

Officia ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — 1, 1 Anna te gratissima. — 1, 2 Deposcimus coelibem. — 2, 4 Regens nos. — 3, 2 Confer et. — 3, 3 Tua cum beata. — 3, 4 Da virtutis. — 4, 2 Aufer. — 4, 4 Regnemus cum tuo filio.

203. De sancta Anna.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. O quam festa felicia
Quamque profusa gaudia,
Ubi mater ex filia
Anna Christo fit avia. | 2. Ergo Deo sit gloria,
Sit gratiarum actio,
Qui nos Annae ex filia
Visitavit in filio. |
|--|--|

Brev. ms. Praedicatorum saec. 14/15. Cod. Olomucen. I VIII 4. — 1, 4 sit avia. — 2, 4 ex filio. — Der Hymnus in 1. Vesp. desselben Offic. steht Anal. IV Nr. 125. Vielleicht bilden beide Hymnen ursprünglich nur einen, dessen 3. Strophe O quam festa felicia.

204. De sancto Ansberto.

- | | |
|---|--|
| 1. Ansebertus, Christi haeres,
Fontanellae sinibus
Ob amorem paradisi
factus est discipulus,
Christi jugum quam suave
suis dans cervicibus. | 6. Fide firmus, ore fulgens
in legendi studio,
Ut Johannes Chrysostoma
olim in Byzanzio,
Datum de supernis donum
capiendi optimum. |
| 2. Bonus pastor pavit oves
in praesulis vicibus,
Jacob scalae miro modo
ascendendo gradibus,
Veste vilis, cibi parcus,
humilis prae omnibus. | 7. Gloriosus praesul factus
Galliarum populis,
Hospitum, peregrinorum,
largos dator omnium,
Elemosynae studendo
sinus implens pauperum. |
| 3. Celsus pontifex electus
Rotomensi populo,
Speculator illis factus,
Galliarum finibus
Gregem Christi custodivit
a luporum morsibus. | 8. Hilaris erat in vultu
jucundusque facie,
Miserendo cunctis dabat
stipem hic egentibus
Orphanorum pater pius
acsi Job sanctissimus. |
| 4. Dado sacer nuncupatus,
Audoenus nomine,
A praefata urbe migrans
cum perfecto opere,
Cui dignus Ansebertus
successit in dogmate. | 9. Jubar poli, illustratus
sancto quoque spiritu,
Gregem Christi informando
circuit parochias,
Dei verbum nuntiando
invitat ad praemia. |
| 5. Erat enim clemens doctor
plenus bonis actibus,
Ansebertus, verus pastor,
mansuetus moribus,
Verbum vitae praedicando
affabilis omnibus. | 10. Kapax hagiographia
repletus per omnia,
Vetera novaque pandens
de thesauro optimo,
Veluti ut scriba doctus
coelorum basileo. |

11. *Largus dator, laetus semper,
luculenter tribuens
Animarum corporumque
abundanti pabulo,
Viduarum, orphanorum,
verus pastor omnium.*
12. *Mensa ejus patens erat
cunctis indigentibus,
Plures pauperes alebat
atque multos advenas,
Elemosynas utendo
inter ambas idumas.*
13. *Notus inter illas gentes
ut Elias Thesbites,
Ortum contra illum bellum
acsi ejus temporis,
Falsitate accusatus
in conspectu principis.*
14. *Ob invidiam expulsus
a Francorum principe
Velut Clemens dudum Roma
a Trajano Caesare,
Nullum adprobatus crimen
exsul factus patriae.*
15. *Plures Clemens salvat gentes
sacrosancto dogmate,
Et hic multos recto ducit
ad aethera tramite,
Verbis et exemplo docens
populo Sicambrico.*
16. *Quanti putas sub Clemente
salvi sunt in insula?
Multique et sub Ansberto
Belgica provincia,
Quos docendo ad aeterna
excitavit praemia.*
17. *Rapax illi damna hostis
missus est infligere,
Sed protector suo Christus
auxit lucra militi,
Adquisita sibi plebe
citra Sambrae flumina.*
18. *Suum jamque prope finem
prophetavit fratribus,
Quod rediret Fontanellam
consummatis omnibus,
Sicque carne resolutus
gaudet in coelestibus.*
19. *Tantus ille odor fratrum
repleverat naribus,
Acsi omnes paradisi
interessent floribus,
Quod nec lingua valet nostra
proferre in vocibus.*
20. *Vovit vivens, quod defunctus
adimplevit opere,
Suo sancto deportato,
quod praedixit, corpore,
Ipsiusque narrant gesta
ostensa miracula.*
21. *Hymnidica angelorum
agmina perfulgida
Coelestium nunc conjuncta
ejus sancta anima
Christo sine fine fruens
sempiterna gaudia.*
22. *Zona ejus circumcincti
caritatis vinculo,
Zelo spiritali pleni
diligamus proximum,
Ut ipsum aeternae vitae
mereamur socium.*

Cod. Portus Gratiae (ol. Fontanellen.) 332 (A 34) saec. 9. — 8, 4 Egenti stipem. — 9, 4 circumvit parochia. — In Str. 21 scheinen die Worte ver- stellt: Hymnidica agmina sancta angelorum perfulgida coelestem nunc ejus conjuncta anima cum Christo sine fine fruens sempiterna gaudia Hs. Lies Hymnidico . . . agmini?

205. De s. Antonio Eremita.

1. *Plaudat chorus coelestium,
Resultet orbs terrestrium,
Dum refert solis orbita
Antonii solemnia.*
2. *Qui annis puerilibus
Orbitatus parentibus
Elegit sequi Dominum,
A quo accepit centuplum.*

- | | |
|--|---|
| 3. Extemplo vox insonuit,
In qua Christus apparuit
Dicens: per mundi gloriam
Te nominare faciam. | 5. Confer vitae remedia,
Aufer carnis incendia,
Ut post ejus excidia
Tecum simus in gloria. |
| 4. O venerande polifex,
Pius nec tardus opifex
Cunctis, qui corde credulo
Te poscunt in periculo, | 6. Praesta, pater piissime,
Jesu, cum sacro flamine
Ut Antonii precibus
Jungamur in coelestibus. |

Psalt. ms. Sanblasianum saec. 15. Cod. Araugien. W 8. 8°. -- 6, 4
Jungamur tuis in coelestibus.

206. De s. Antonio Eremita.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Laudes promat Antonio
Fratrum coetus hic commorans,
Ejus immenso gaudio
Mores et actus memorans. | 4. Voces hostis exagerat
Verbis, minis, clamoribus,
Saevit, caedit et verberat
Multiplicatis hostibus. |
| 2. Pauper, purus et humilis,
Cunctis abjectis opibus
Actate tener, fragilis
Procul cessit hominibus. | 5. Christus certamen conspicit
Et athletae constantiam,
Quae dum nec puncto deficit,
Triumphat ad victoriam. |
| 3. Hostis haec videns invidet,
Impugnat absque foedere,
Dum hunc in brevi praevidet,
Virtutum alta scandere. | 6. Regi regum sit gloria,
Qui nobis in Antonio
Dat virtutis vestigia
Omni sequenda studio. |

Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540.

207. De s. Antonio Eremita.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Corda jungant adstantium
Laus et honor Antonii,
Sit vox concors laudantium,
Sint nunc amore socii. | 4. Abscondi sub silentio
Corpus jubet, ut lateat,
Sed lucernam sub modio
Christus traxit, ut luceat. |
| 2. Antonius pacificus,
Dulcis, mitis, tractabilis,
Et amore magnificus
Et omnibus amabilis. | 5. Lucet quoque miraculis,
Adest se supplicantibus.
Nos apud Christum sedulis
Juvet orationibus. |
| 3. Exemplo plures docuit,
Fama pertraxit plurimos,
Dum vivens signis claruit,
Ad dies venit ultimos. | 6. Regi regum sit gloria,
Qui nobis in Antonio
Dat virtutis vestigia
Omni sequenda studio. |

Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540.

208. De sancta Apollonia.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Laetare, Sion inclita,
Domino solve cantica,
Aeterni patris filio,
Regi regum altissimo. | 4. Vincens mundum, daemonia,
Carnem, tormenta varia,
Laeta pro Christo Domino
Se submitit hospitio. |
| 2. Apoloniam nobilem
In poenis qui immobilem
Fecit, fide doctissimam,
Carne, mente castissimam. | 5. Signorum ex frequentia
Ejus Christi clementia
Et a quo sunt utilia
Hominum plura milia. |
| 3. Nobilitatis genere
Spreto quae coepit vivere
More castorum virginum
Christum Jesum sequentium. | 6. Prece ejus et merito
Christus nos regno coelico
Servos dignos efficiat,
Vota nostra periciat. |
| 7. Alma quod praestet trinitas
Et indivisa unitas,
Cujus manet imperium
Nunc et per omne saeculum. | |

Brev. ms. Pedepontanum anni 1398. Cod. Meliten. Pragen. 8. add. saec.
15. — 2, 4 In carne. — 5, 1 Lies: est frequentia?

209. De sancto Athelwoldo.

Ad Vesperas.

1. Inclitus pastor populique rector,
Cujus insignem colimus triumphum,
Nunc Adelwoldus sine fine laetus
Regnat in astris.
2. Qui pater noster fuit et magister,
Exhibens sacrae documenta vitae
Et Deo semper satagens placere
Corde benigno.
3. O diem sanctum, celebrem, coruscum,
Quem Dei nobis pietas sacravit,
Ut patri tanto mereamur alium
Promere cantum.
4. Nunc eum nisu rogemus omnes,
Abluat nostrum pius ut reatum
Et sua sancta prece nos ad altum
Ducat Olympum.
5. Sit Deo soli decus et potestas,
Laus in excelsis honor et perennis,
Qui suis totum moderans gubernat
Legibus orbem.

Cod. Alenconien. (ol. S. Martini Sagien.) saec. 11/12.

210. De sancto Athelwoldo.

Ad Laudes.

1. Coeli senator inclite,
Sanctae pater ecclesiae,
O Adelwolde, supplices
Tuos exaudi servulos.
2. Jam sidus inter sidera
Resplendes super aethera,
Nobis benignus impetra
Paracliti charismata.
3. Pronis rogamus mentibus
Hic coram tuis artibus,
Nostris adesto precibus
Serenus ac propitius.
4. Ut tuis necessariis
Protecti patrociniis
Ad coelorum perpetua
Perveniamus gaudia.
5. Praestet nobis ingenitus
Hoc atque unigenitus,
Sanctus amborum spiritus,
Trinus et unus Dominus.

Cod. Alenconien. (ol. S. Martini Sagien.) saec. 11/12. — 1, 3 fehlt eine Silbe; O ergänzt.

211. De sancto Auctore.

Ad Nocturnum.

1. Ave, pastorale
Decus confessorum,
Auctor, speciale
Fundamentum morum.
2. Qui auctorizaris
Nominis ex glosa,
Nam Auctor vocalis,
Tu auctorum rosa.
3. Ave, serve Dei,
Praesul Treverorum,
Sidus nostrae spei,
Gemma patronorum.
4. Qui actu virtutis
Deo servivisti,
Quod auctor salutis
Fore meruisti.
5. Ave, civitatis
Hujus tutor fortis,
Signis admiratis
Nostris missis portis.
6. Qui ductu matronae
Quaerebas nostrates,
Cur tibi, patrone,
Plebs concinit grates.
7. Ave nostri templi
Salus gloriosa,
Boni flos exempli
Spesque copiosa.
8. Qui reliquiarum,
Postquam decessisti,
Munere tuarum
Hic nos ditavisti.
9. Autor, fautor horum
Tu fore dignare,
Laudes capis quorum
Hymno vocis clarae.
10. Summae trinitati
Laus sit hymnis dignis
Ex Auctoris grati
Meritis et signis.

Psalt. et hymn. ms. S. Aegidii Brunsvicen. saec. 15. Cod. [Göttingen. Theol. 219. (Im Katalog irrig als Riddagshausener bezeichnet.) — 2, 1 Qui ac auctorizaris. — 2, 3 Nam ergänzt. — 6, 2 Quaerebas nostras. — 6, 4 Ples concinet. — 8, 3 Munere hic tuarum. — 10, 3 gratis.

212. De s. Augustino Lucerino.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Aeternae regi gloriae
Devota laudum cantica
Fideles solvant hodie
Pro Augustini gloria. | 4. Fragrans odor de tumulo
Cum gestorum frequentia
Clamat pro Christi famulo
Alti regis magnalia. |
| 2. Praedicatorum ordinis
Praesul namque almificus,
Mundi jam fulgens terminis,
Civis effectus coelicus. | 5. Nitamur totis viribus,
Nectamus preces precibus,
Ut Augustini meritis
Coeli fruamur praemiis. |
| 3. Carnis liber ergastulo
Poli potitur gloria,
Pontificali cingulo,
Stola dotatur regia | 6. Praesta, pater ingenite,
Jesu, cum sancto flamine,
Ut Augustini precibus
Coeli jungamur civibus. |

S. Ferrarius, De rebus Hungaricae provinciae ordinis praedicatorum, Viennae 1637, p. 130 sq. — Das Officium zu recitieren genehmigte Johannes XXII.

213. De s. Augustino Lucerino.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Christe, salvator omnium,
Rector, spes atque praemium
Exaudi vota cordium
Pro sancto, gemma praesulum. | 3. Corpus afflixit fortiter
In sudore multiplici,
Iter sectans humiliter
Sui patris Dominici. |
| 2. Praesul in fide claruit
Malorum carens nebula,
Christo servire studuit
Sub paupertatis regula. | 4. Jesum Christum se induit,
Adorans, laudans extulit,
Mentem divinis imbuit,
Cuncta caduca respuit. |
| 5. Laus sit parenti Domino,
Laudem canamus unico,
Laus sit amborum flamine
Per tempora laudabili. | |

S. Ferrarius l. c. p. 132.

214. De s. Augustino Lucerino.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. O venerande pontifex,
Augustine dulcissime,
Audi rogantes servulos
Quaerentes in periculo. | 3. Te nostra sonant carmina
Et angelorum agmina,
Infernus tibi ululat,
Fretumque maris intonat. |
| 2. Aufer necis dispensia,
Confer vitae stipensia,
Quo post carnis exsilia
Tecum simus in gloria. | 4. O sidus maris fulgidum,
Absolve nexus criminum
Et fletus quoque supplicum
Immuta dando gaudium. |
| 5. Laus sit parenti Domino. | |

S. Ferrarius l. c. p. 141.

- 7. Victor ad caelos gradeis triumphans,
Purpuras inter roseosque flores
Martyrom gaudes júbilo perenni,
Inclite Blasi.
- 8. Te novo Christus cumulans honore,
Ossibus sanctis generare praestat
Nobiles gemmas oculo vidente,
Inclite Blasi.
- 9. Gloriam patri genitoque summo,
Flatui sancto pariter duorum
Impetra nobis resonare semper,
Inclite Blasi.

Psalt ms. Lubicense saec. 15. Cod. Lubicen. s. n. — Mel: Ut queant laxis.

241. De sancto Blasio.

- 1. Inclitus martyr Blasius,
Catervae Christi praevius,
Perhortans Christi populum,
Formidet ne martyrium.
- 2. Argei antrum tu quaerens,
Sanguinem orbis renuens,
Agrestes te conveniunt
Sanitateque fugiunt.
- 3. Nam fucis mens elata
Agricolai praesidis,
Ut ducatur athleta,
Larvatis jubet famulis.
- 4. Dum vehitur militibus,
Hujus turba convertitur
Sanctis monitionibus,
Per hunc videns, quod agitur.
- 5. Namque, reddatur ut puer,
Huic occurrit mulier,
Confestim hoc qui reddidit,
Quae Christum Deum credidit.
- 6. Sic Christum tu nos parcere
Fac, nos ut, sanctissime,
Coeli possimus libere
Regno potius gloriae.

Brev. ms. Admontense 746 a. anni 1439. — 2, 1 Argens antrum. — 2, 3 Agreste te cum veniunt. — 2, 4 Sante teque fugiunt; lies vielleicht Sanitateque capiunt? — 3, 1 mens illata; es fehlt eine Silbe; lies Namque? — 3, 3 ducatur ac leta; es fehlt ebenfalls eine Silbe; lies adducatur? — 5, 3 hoc quod; lies osque? — 5, 4 Quem Christus reddidit. — 6, 2 fehlt eine Silbe; lies vir sanctissime?

242. De sancto Blasio.

- 1. Viduae, Blasi, quia subvenisti,
Subveni nobis jugiter, precamur
Voce sonora humilique mente
Oratione.
- 2. Sebastae praesul, Domino favente
Sanasti osse puerum retento
Pisce comesto exorante matre
Guttore sui.

3. Gradiens stagnum veluti per solum
Hic insultaris sexaginta servis,
Sed lacus ipsos praecipitat omnes,
Te qui sequuntur.
4. Hoste prostrato praemium exspectas,
Precem oranti, veheris ad istud,
Afferens lumen retulit Olympis
Exauditionem.
5. Angelus, ecce, gloriose tibi,
Inquiens: exi, suscipe paratam
A Deo coronam, spectant immensum
Lumen, ut omnes
Admirarentur.
6. Adhuc excussor fante Christo tibi
Secuit caput corporis, columbae
Spiritus forma rapido volatu
Petiit astra.
7. Genitor verbi, genite, nos quoque,
Spiritus alme, famulo coelesti
Blasio choro deprecante nostri
Fine locemur.

Brev. ms. Admontense anni 1439. Cod. Admonten. 746 a. — 1, 1 qui subvenisti. — 2, 1 Bebastiae praesul. — 2, 2 Sanas. — 3, 3 ipsos percipit. — Str. 4 u. 5 sind hier umgestellt, weil dies der Sinn zu fordern schien. — 4, 1 Hostie prostrato praemium exspectat. — 4, 2 Lies veharis? — 4, 3 Olympitis. — 4, 4 Exauditam. — 5, 3 eine Silbe zu viel. — 5, 4 sq. Der Adonius doppelt, ohne dafs es gelänge, einen als überflüssig zu beseitigen. — 6, 1 excusar. — 6, 2 corporis cujus. — 6, 3 Sternuis forma. — 7, 3 chori.

243. De sancto Bonaventura.

Ad Vesperas.

1. Virtutum praemia suggerit aurea
Et sceptum floride carpit imagine
Perlustrans aethera flos innocentiae,
Francisci proles inclita.
2. Rivum munditiae Hales eximiae
Adae contagium nullum a femore
Ceuque comprehendere et more coelibem
Grato testatus fame.
3. Grex alto pectore pollet divinitus,
Is ignem, mystica pandit et adita,
Cuique ingenii paris parit neminem,
Duos dum volvit spiritus.

4. En suxit dulcia pedibus dogmata
Jesu, dum oscula fixa multiplicat,
Cunctis praeeminens se aptat limpide
Seraphicis ardoribus.
5. Rex Christus luminis hunc claro provehi
Suavi tunc graditur, lux Thomas saeculi
Visere comparem fert gressum, cedite,
Sanctus sancto colloquitur.
6. O summa trinitas, supplices poscimus,
Juari precibus Bonaventuraeque,
Crimina luere, abs te non possumus,
Ni tua dimicet dextera.

Brev. ms. Franciscanum anni 1492. Clm. Monacen. 23152. A. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1506. B. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1512 C. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1531 D. — 1, 2 et fehlt C. — 1, 4 Francisce A. — 2, 2 a fehlt C. — 3, 1 pollet deditus C. — 3, 2 panditur C. — 3, 3 eine Silbe zu viel in allen Quellen. — 5, 3 Viscere C. — „In tono: Sacris solemniiis“

244. De sancto Bonaventura.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Arborem celsus construit
Imbribus aether fecundis,
Semine jactoque puro
Parturit almus, en, ager. | 4. Jesus huic figitur dire,
Jesus pependit et sitit,
Jesus ob lacrimas orat
Patrem, exaudit latronem. |
| 2. Omnibus tener hanc humor
Frugibus stipat venustis,
Singuli carpunt amoena
Neque fastidiunt gustu. | 5. Vulnere liquit ob noxas,
Ac parens solatur alma,
Spiritus patri clamore
Valido reddit, exspirat. |
| 3. En ramos late tam fortes
Brachia tendens ingentem
Sustinet umbram, ne aestus
Urat contusos moerore. | 6. Arbore sub hac quiescens
Fructus decerpit suaves
Bonaventura, quos gustat
Patria, nos illuc ducat. |

Brev. ms. Franciscanum anni 1492. Clm. Monacen. 23152. A. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1506. B. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1512. C. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1531. D. — 1, 2 jactaque D. — 1, 4 est agert. C. — 2, 1 Quibus teneri C. — 3, 3 Sustinent C. — 5, 1 linquit obnoxias D; lies ulit? — 6, 2 descripsit ABCD. — „In tono: In coelesti collegio“

245. De sancto Bonaventura.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Sol clare fulget radio
Latebras fugans gentium,
Quas catholicarum gladio
Connectit miti mentium. | 2. Alto innixus lumini
Prospicit iconismata,
Tartaris trucis flumini
Unitis fert charismata. |
|--|---|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Tusa Graecorum pectora
 Sacro reduxit flamine
 Quique sprevere littora,
 Christi quos emit sanguine.</p> <p>4. Electus bona ventura
 Miro gessit omine,
 Funis laetetur cinctura
 Plebs alto pressa nomine.</p> | <p>5. Felix tu gaude, Lugdunum,
 Tanti patris praesentia,
 Qui tibi trinum et unum
 Sua monstrat clementia.</p> <p>6. Tua nos, pater luminum,
 Nate aeternae gloriae,
 Paracliteque numinum,
 Adjunge tuae gratiae.</p> |
|---|---|

Brev. Romanum imp. Venetiis 1513. — „Sub tono: Proles de coelo
 prodiit.“ — 1, 4 Connexit. — 6, 1 Qua nos pater.

246. De sancto Bonifatio.

1. Sinceros animos festa celebra
 Ducunt in jubulum de nece martyram,
 Quos haec aula fovet pulchra sinu, coelum
 Cingit luminis ambitu.
2. O clari proceres, digna polo manus,
 Devotis famulis vos date prosperos
 Vobis propitiis non manet ultio,
 Nec judex feriet reos.
3. Da, verbi genitor, da, patris unice,
 Da, qui te reclamant, sancte paraclite,
 Gaudia continua supplicibus tuis
 Per suffragia martyrum.

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 1, 3
 pulchro. — 1, 4 Fehlen zwei Silben; cingit ergänzt. — 2, 2 fehlen zwei
 Silben; date ergänzt; prosperas. — Nach 1, 3 ist anzunehmen, daß der
 Hymnus aus Fulda stamme; dann legt sich der Gedanke an Rhaban als
 Verfasser nahe.

247. De sancto Bonifatio.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Bonifatius est ortus
 De Anglorum germine,
 Educatus ex magnorum
 nobili progenie,
 Praedicator veritatis
 et doctor ecclesiae.</p> | <p>2. Qui missus a Gregório
 ad terras Germaniae,
 Praedicans nomen Domini,
 novo lucens lumine,
 His ostendens salutarem
 fructum poenitentiae.</p> |
|---|--|
3. Hujus festum celebremus
 hymno, cantu, jubilo,
 Ut cum ipso conregnemus
 in aeterno gaudio,
 Ubi honor, virtus Deo
 exstat sine termino.

Diurn. ms. Maguntinum saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 196. A. —
 Lrev. Maguntinum imp. s. l. et. a. (1474). B. — Brev. Maguntinum imp.
 Bugduni 1507. C.

248. De sancto Bonifatio.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Hinc conversa Germania,
Francia et Hassia,
Thuringia, Bavaria,
confirmandi gratia
Sanctus Frisones revisit,
quos conversos dimisit. | 2. Quem hodie laureatum
pretioso sanguine,
Sociorum circumdatum
glorioso agmine,
Mittunt coelo coronatum
cum palma victoriae. |
|---|--|

Diurn. ms. Maguntinum saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 196. A. —
Brev. Maguntinum imp. Lugduni 1507. B.

249. De sancto Bonifatio.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Adsis nobis in agone,
venerande patrone,
Tua benedictione,
Bonifati o bone,
Ut tuae simus coronae
consortes et gloriae. | 2. Praesta, pater ingenite,
et tu, unigenite,
Simul, alme paraclite,
consolator animae,
Quibus par laus et gloria
per aeterna saecula. |
|---|---|

Diurn. ms. Maguntinum saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 196. A. —
Brev. Maguntinum imp. Lugduni 1507. B. — 1, 4 Bonifati bonet B. —
Diese drei Hymnen auf Bonifatius scheinen ursprünglich nur einer zu sein,
da sich Strophe 1 des zweiten an Strophe 2 des ersten anschließt. Eine
Schwierigkeit für die Zusammenziehung in ein Lied bereitet nur Str. 3
des ersten Hymnus.

250. In Ordinatione s. Bonifatii.

- | | |
|--|--|
| 1. Hymnizet omnis natio
Fidelis in tripudio,
Congaudens Bonifacio
Cum laudum Dei studio. | 5. Evangelizans Dominum
Per loca multa gentibus,
Infudit ejus hominum
Doctrinas sacras mentibus. |
| 2. Quem Anglia produxerat,
Winfridum primo nomine,
Virtute cuncta luxerat
Qui te secutus, Domine. | 6. Sic verbum Dei seruit
Augendo fidem latius,
Quod inde juste meruit
Vocari Bonifacius. |
| 3. Hic omni mundi labilis
Contempto delectamine
Quaesivit toto stabilis
Coelestia conamine. | 7. Hinc suis cum consortibus
Mucronis ictu pungitur
Et coelicis cohortibus
Perenniter adjungitur. |
| 4. Fidelis servus reditum
Qui Domini pensaverat,
Talentum sibi creditum
Cum lucro reportaverat. | 8. O praesul venerabilis,
Deposce Dei filium,
Ut nobis sit placabilis
Hoc mundi post exilium. |

9. Sit Deo laus et gloria,
Qui mundos a reatibus
Nos post haec transitoria
Sanctorum jungat statibus.

Antiph. ms. Hamelense saec. 15. Cod. Hannoveran. I 101 a A. —
Brev. ms. Hamelense saec. 15. Cod. Hannoveran. I 101 b B.

251. De sancta Brigida.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Ruinae coeli civium
Festinat restauratio,
Dum vocat ad convivium
Jesus, nostra redemptio. | 4. Sancta ferunt suspiria,
Languent amore patriae,
Dat vires contra vitia
Magnae Deus potentiae. |
| 2. Cum gratiarum copia
Datur in cibum caritas,
Qua justis sacra studia
Praestat beata trinitas. | 5. Doctrinis sacris resonant
Et praedicant coelestia,
Voces divinas intonant,
Fantur Dei magnalia. |
| 3. Orant, laborant jugiter,
Ad summae pacis foedera
Scandunt, praegustant dulciter,
Aeterna Christi munera. | 6. Hujus Brigida floruit
Convivii virtutibus
Christo conjungi meruit
Exsultet coelum laudibus. |
7. Tu esto nostrum gaudium
Per Brigidae suffragia,
Qui es futurus praemium
Per cuncta semper saecula.

Brev. ms. Paradisiacum saec. 15. Cod. Laurentian. Conv. sup. 549. A. —
Psalt. ms. S. Mariae ad Arborem saec. 15. Cod. Sancten. Reg. XVI. 2. B. —
Psalt. ms. Cranenburgense saec. 15. Cod. Berolinen. Fol. 231. C. — Brev.
ms. Lubicense saec. 15. Cod. Lubicen. s. n. D. — Str. 1 u. 2 lückenhaft D.

252. De sancta Brigida.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Signum magnum apparuit,
Amicta sole femina,
Solem, quo sponsa claruit,
Coeli sequuntur agmina. | 4. Ipsam decor operuit
Par solis pulchritudini,
Per quam Christus aperuit
Dogma salutis homini. |
| 2. Nam Christum solem induit
Per pietatis opera,
Mens cujus pura placuit
Fide transcendens sidera. | 5. Coelesti luce radiat
Scribens Christi mysteria,
Ut populus poeniteat,
Est verbi Dei nuntia. |
| 3. Calore solis floruit
In spiritus dulcedine
Et radiis resplenduit
Virtutum stans in culmine. | 6. Tu esto nostrum gaudium
Per Brigidae suffragium,
Qui es futurus praemium
Per cuncta semper saecula. |

Brev. ms. Paradisiacum saec. 15. Cod. Laurentian. Conv. sup. 549.

253. De sancta Brigida.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. O celebre convivium,
In cujus refectoriis
Electi desiderium
Implent et sunt in soliis. | 3. Illic divina visio
In majestatis gloria
Sanctorum est refectio
Perfectaque laetitia. |
| 2. Gaudent et laudant pariter
Cum optimis spiritibus,
Fulgent et stant solemniter
In regiis honoribus. | 4. In hujus regni gaudio
Brigida nunc feliciter
Conjuncta Dei filio
Triumphat aeternaliter. |

Brev. ms. Paradisiacum saec. 15. Cod. Laurentian. Conv. sup. 549.

254. De sancta Caecilia.

1. Jesu Christe, patris unigenite,
Natus ipse virginis,
Amator castitatis,
2. Te inspirante mentes tibi devotae
Annos, sexum superant,
Viriliter decertant.
3. Inter stupenda, quae facis, miracula
Magnum dat spectaculum
Triumphus feminarum.
4. Quae splendida castitatis lilia,
Ut sic magis luceant,
Fuso sanguine purpurant.
5. Inter quas sancta hodie Caecilia
Ut rosa in Jericho
Floret coram Domino.
6. Haec quidem suum sponsum Valerianum
Una cum Tiburtio
Fidei junxit gremio.
7. Laus gloria, honor et victoria
Patri sit et filio
Spirituique sancto.

Diurn. ms. Constantiense saec. 14. Cod. Turicen. Rhenov. CLV. —
2, 2 sexu. — Mit Ausnahme von Str. 6 fast ganz dem Ursula-Hymnus gleichen
Anfanges (Anal. IV, 249) entlehnt.

255. De sancta Caecilia.

- | | |
|---|---|
| 1. De ventre natum virginis,
In carne latens hominis,
A patre venit saliens
Verbum supernum pro-
diens. | 2. In cruce demum moritur,
Opem per hanc redimitur
Ab hostis homo fraudibus,
Exsultet coelum laudibus. |
|---|---|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Quod sentiens Caecilia
Mox fidei monilia
Sumpsit, gerens hinc habitum,
Deus, tuorum militum.</p> <p>4. Conjunxit horum cœtibus
Sponsum suum cum pluribus,
In coelis quibus atria
Fit porta Christi pervia.</p> <p>5. Sic dicitur Caecilia,
Coeli quia fert lilia,
Casta sequens te Dominum,
Jesu, corona virginum.</p> | <p>6. Haec ardens tuis ignibus
Non uritur ferventibus,
Aquis, ei das zephyrum,
Rex gloriose martyrum.</p> <p>7. In capite ter caeditur,
Per triduum non moritur,
Pandit docens coelestia
Beata nobis gaudia.</p> <p>8. Ob virginis victoriam
Supplex tibi dat gloriam
Nostra semper humilitas,
O lux beata trinitas.</p> |
|--|--|

Hymn. ms. Wirceburgen. saec. 15. Cod. Franciscan. Wirceburg. I 83. —
6, 3 Aquis ei refirum Hs. — 7, 1 In capite rex.

256. De sancta Caecilia.

1. Deus perennis, rex inaestimabilis,
Martyrum decus et corona virginum,
Non solum viris palmam dat martyrii,
Sed feminisque mors calcata subjacet.
2. Ex his beata parthenos Caecilia
Amans pudorem, cordis innocentiam,
Jejuniorum parcitate sobria,
Hoste devicto se litavit Domino.
3. Sicque superna perfruens victoria
Fortiter sprevit gloriam pro gloria,
Diligens Christum pectore praevalido,
Balneo gaudet se perfusam calido.
4. Hinc nos eandem deprecamur martyrem,
Ut pio voto nos commendet Domino
Et nobis veniam ipsius obtineat
Virginitas, sit laus tibi, trinitas.

Antiph. ms. Rasdorfense saec. 15. Cod. Fulden. Aa 55. add. saec. 16.
A. — Antiph. ms. Rasdorfense saec. 15. Cod. Fulden. Aa 71. add. saec. 16.
B. — A führt aber im Texte (XV.) den Anfang des Hymnus, der dann später
am Rande vollständig nachgetragen ist. — 1, 4 Sed fehlt A; que fehlt AB. —
4, 3 veniam ist zu verschleifen, da sonst eine Silbe zu viel. — 4, 4 fehlt
eine Silbe, es sei denn laus zweisilbig gerechnet.

257. De sancta Caecilia.

- | | |
|--|---|
| <p>1. En, virginis Caeciliae
Fulget vita clarissima,
Quam sponsus pudicitiae
Elegit ab infantia.</p> | <p>2. Quae Christi evangelium
Abscondebat in pectore,
Ut Jesum nitens liliū
Casto servaret corpore.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| 3. Hinc amor et devotio
Fervebant cum colloquio,
Hinc diebus ac noctibus
Sacris intendit fructibus. | 5. Hoc cernens tunc episcopus
Urbanus, vir angelicus,
Resolvitur in lacrimis
De fructu tantae virginis. |
| 4. Nam duos fratres nobiles
Effecit Christi martyres,
Quos per ejus vestigium
Hortatur ad martyrium. | 6. Domine Jesu, suscipe
De manibus Caeciliae
Fructus casti consilii
Sicut odorem balsami. |
7. O beata Caecilia,
Devota Christi famula,
Per tua sacra merita
Nos Deo reconcilia.

Orat. ms. Veteris Monasterii (?) saec. 15. ex. Cod. Magunt. II 209. —
Ist als Hymnus bezeichnet; Verfasser desselben ist Thomas von Kempen,
in dessen Werken er sich findet.

258. De sancta Caecilia.

- | | |
|---|---|
| 1. Huc venite, populi,
Undique, laeti
Celebrantes almae
Festa Caeciliae,
Quae est margarita
Virginum praeclara. | 4. Huic regnum hoc aperuit,
Quod Eva mater perdidit,
De paradiso veniens,
Rosarum flores deferens,
Ad sponsum eam invitans,
Qui coelos regit imperans. |
| 2. Discite parthenae
Exempla sanctissimae,
Quae saevum leonem
Agnum fecit mitem,
Simul cum fratre
Angelum videre. | 5. Illum vos amate,
Virgines devotae,
Lampades ornando,
Thalamum intrando,
Cum Christo, Dei filio,
Qui celso sedet solio. |
| 3. Imperium terrenum
Contempsit quasi lutum,
Ornamenta saeculi
Comparavit stercori.
Principem eorum
Velut vilem fumum. | 6. Gloria patri
Sempiternaeque proli,
Sancto spiritui,
Amborum nexui,
Cui laudem demus
Nos per omne tempus. |

Antiph. ms. Cisterciens. Neerland. saec. 14. Cod. Pianoren. M 1. — Von
den 36 Versen sind 18 sechssilbig, 8 achtsilbig, 7 siebensilbig, 3 fünfsilbig.

259. De sancto Cassiano.

1. Saepe Christi fidem quatiens tempestas saeva
Premebat plebem Christianae gloriae.
2. Ut quondam affixit sanctos plerosque ponenda
Sic Cassianum persecutio premit.
3. Extrahitur coetu e medio moderator alumni
Gregis, quod aris supplicare spreverat.

4. Poenarom artificio quaerenti, quod genus artis
Vir nosset, alto tam rebellis spiritu,
5. Respondet: agmen tenerum ac puerile gubernat,
Fictis notare verba signis imbuens.
6. Ducite, conclamat, captivum ducite et ultra
Donetur ipsis verberator parvulis.
7. Ut libet illudant, lacerent impune manusque
Tingant magistri feriatas sanguine.
8. Ludum discipulis, volo, sese praebeat ipse
Doctor severus, quos nimis coercuit.
9. Gloria sit patri, nato et tibi, spiritus alme,
Qui Cassianum provehis martyrio.

Brev. Brixinense imp. Venetiis 1516. — 1, 2 plebem dicatam Christianae.

260. De sancto Christophoro.

Ad Vesperas.

1. Martyr invictus, Domino sacratus,
Angelis junctus, astris decoratus,
Martyr et virgo, duplici corona
Inclite fulget.
2. Flamine sacro martyr confortatus,
Omnes pro Christo subiit labores,
Gloriae regni Domino praestante
Factus est haeres.
3. Excelsum cujus meritum monstratur,
Sanitas aegris largius donatur;
Lubricae carnis reprimis furores,
Optime martyr.
4. Fragilis nostrae memor sis naturae,
Vitiis multis nimium oppressae,
Opem ferendo meritis commenda
Nos Deo nostro.
5. Christifer potens, efficit adscriptum
Casta te vita coetibus sanctorum,
Tua qui prompti nobiscum libenter
Carmina pandunt.
6. Aeterno regi gloriam canamus
Vocibus laetis, veniam ab alto
Nobis ferenti martyris praeclari
Precibus almis.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519.

261. De sancto Christophoro.

Ad Nocturnum.

1. Haec dies justo martyri dicata
Annua nobis gaudia praesentet,
Qua de terrenis martyr absolutus
Scanderet astra.
2. Trinitas summa martyrem pro justis
Meritis donat gemina corona,
In cujus aula gloriae ferventes
Jubilat ipse.
3. Celebre festum tui peragentes,
Maxime martyr, effice mortales
Veteri sorde criminis relicta
Scandere polum.
4. Filio magno summi genitoris,
Flamini sacro laudes bene dignas
Carmine votum promere conatur
Spiritus omnis.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519.

262. De sancto Christophoro.

- | | |
|---|---|
| 1. Regem coelestis gloriae
Laudent flores ecclesiae,
Superna quorum patria
Nitoris fulget gratia. | 4. Mundo totus emoritur,
Christum vivendo sequitur,
Laborum fructus aggregat,
Ad coelos liber evolat. |
| 2. Hic inter flores praeditum
Virtutibus Christophorum
Suo Christus carissimo
Inthronizat palatio. | 5. Nos ergo tanto martyri
Corde et voce supplici
Laudes canamus debitas,
Deo ferentes gratias. |
| 3. Qui fretus Dei munere
Mundum coepit postponere,
Militiae post cingulum
Legis dilexit vinculum. | 6. Sit Deo perpes gloria,
Cui magna est potentia,
Per quem victor egregius
Mundum vicit Christophorus. |

Antiph. ms. Trevirensis saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 180. — 2, 4
Inthronizavit. — Mel.: Deus tuorum militum.

263. De sancto Christophoro.

- | | |
|---|--|
| 1. In hoc festo laetabundo
Ter beati Christophori
Laudes hymno cum jucundo
Mente dicamus memori. | 2. Ore verba, corde vota
Promamus absque macula,
Decantantes non ignota,
Quae patravit, miracula. |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Hic suscepta fide Christi
 Conversus est ad Dominum,
 Trahens ab errore tristi
 Multa milia hominum.</p> <p>4. Aquam plures per profundam
 Ejus dum ferrent humeri,
 Christus mentem amans mun-
 dam
 In forma venit pueri.</p> <p>5. Nullum pondus majus illo
 Prius expertus fuerat,
 Mirabatur, quod pusillo
 Gravedo talis inerat.</p> | <p>6. Naturarum jus mutavit,
 Dum, virga ramos arida
 Ut haberet, impetravit,
 Facta per eum florida.</p> <p>7. Enses, vincla, famem, poenas
 Propter Christum non timuit,
 Virgas, ignes et catenas,
 Immo mortem sustinuit.</p> <p>8. Sit laus tibi, Deus alme,
 Christophori pro gloria,
 Cujus nos conjungat palmae
 Praesens sui memoria.</p> |
|--|--|

Direct. ms. S. Stephani Bambergens. saec. 17. Hs. d. Histor. Vereins Nr. 2180. — 2, 4 patravit umbracula. — 7, 4 Hymno mortem. — Dafs der Hymnus bedeutend älter ist, als die Quelle, vielleicht dem 13. Jahrh. angehört, zeigt der Reim.

264. De sancta Clara.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ecce, mundo tepescenti
 Cum aerumnis et degenti
 Stella nitet, quae clementi
 Confert adjuvamen menti.</p> <p>2. Haec est felix virgo Clara,
 Quae virtutum florens ara
 Nos ditavit prole clara
 Omni justo digne cara.</p> <p>3. Hujus castae matris natae,
 In coelorum rege natae,
 Huic sunt orbe sparsae latae
 Per te, Christe, Dei nate.</p> | <p>4. Nec est mirum, quod insignis
 Clara clarens est in signis,
 Ipsam nam divinus ignis
 Illustravit donis dignis.</p> <p>5. Hanc collaudet puellarum
 Chorus nec non feminarum,
 Paradisum nam sanctarum
 Introivit animarum.</p> <p>6. Vernans norma paupertatis,
 Intercede pro peccatis
 Nostris, luce claritatis
 Ut fruamur cum beatis.</p> <p>7. Doxa patri increato,
 Sit et honor ejus nato,
 Laus spiritui beato,
 Ut utamur fine grato.</p> |
|--|--|

Offic. ms. S. Mariae in Augia saec. 14. Cod. Lucernen. 13 (50). A. — Brev. ms. S. Mariae in Augia saec. 15. Cod. Lucernen. 106 (35). B. — Diurn. ms. Hermetisvillanum saec. 15. Cod. Griesen. 56. C. — Hymn. ms. Hermetisvillanus anni 1553. Cod. Griesen. 23. D. — 1, 2 Cum erumpis B. — 2, 1 est virgo felix virgo B; Clara fehlt CD. — 2, 2 flores ara BCD. — 2, 4 digne clara ABCD. — 3, 1 castae mentis D. — 3, 3 orbi B, sorbe C. — 4, 2 fehlt CD; et insignis B. — 5, 1 Coetus nec C. — 6, 3 lucis BCD. — 7, 4 fine beato CD.

265. De sancta Coleta.

1. Christe, qui lux es et dies,
Nubem iampe, justitiae
Sermone nos irradias,
En, gratulemur hodie.
2. Jam ter quaternis tra-
hitur
Horis lux sexta Martio,
Qua Coletae complauditur
In coelesti collegio.
3. Audi, benigne conditor,
Haec mundi fugit socias
Et tibi, rei cognitor,
Generat virgo filias.
4. Clarum decus jejunii
Servans per vitae spatia,
Fert cum plausu tripudii
Crucis arma fulgentia.
5. Ex more docti mystico
Ritus illi sunt studio,
Quo sit solvenda cantico
Laus regi plena gaudio.
6. Deus pater piissime,
O miserere gentium,
Flens clamat sic, potissime,
Dum medium silentium.
7. Dicamus omnes cernui
Cum hac dantes suspirium:
Humano parce coetui,
Jesu, lux vera mentium.
8. Magno salutis gaudio
Errantes trahens adiit,
Quibus Deus remedio
Proles de coelo prodiit.
9. Vexilla regis prodeunt
Francisco manu patriae
Nec Coletam praetereunt
Vergente mundi vespere.
10. Jam, Christe, sol justitiae,
Te sequens semper jubilat
Et inter flores gloriae
Ut lux aurorae rutilat.
11. Summi largitor praemii,
Ob hanc te fer propitium,
Ut post cursum exsili
Concinat plebs fidelium.
12. Praesta, beata trinitas,
Unus Deus per saecula,
In cujus laudes debitas
Plaude, turba paupercula.

Cod. 7912 der k. u. k. Familien-Fideikommiss-Bibliothek Wien. saec. 15. add. saec. 15/16. — Die ersten und letzten Zeilen aller Strophen Hymnenanfänge.

266. De beata Coleta.

Alius hymnus.

1. Gratiarum festum clarum
Cunctis fiat notorium,
Quo Coletae fuit laetae
Deus in adiutorium.
2. Hanc Franciscus pater priscus
Suo poposcit agmini,
Non negatur, impetratur,
Laudate nomen Domini.
3. Egenarum dominarum
Sacra lex haec exstiterat,
Quam secutae fiunt tutae,
Quem ad modum desi-
derat.
4. Reparavit, reformavit,
Convertit plures protinus,
Applaudebit, adsistebat
In convertendo Dominus.
5. Hortulana sic fit sana
In Jesu plantans nomine,
Quam pro more largo rore
Benedixisti, Domine.
6. Verba mellis fert novellis,
Quas traxit rex aethereus,
Has confortans et exhortans.
Quam bonus Israel
Deus.

- | | |
|--|---|
| <p>7. Quorum pergit, grave vergit,
Lamenta gerit cominus,
Quod sit truci datus ciuci
Deus, deorum dominus.</p> <p>8. Clarens signis laude dignis
Multis tulit suffragium,
Illi votum favit totum
Deus noster refugium.</p> <p>9. O formosa florens rosa,
Coleta, sine termino,
Te sectantes fac regnantes,
Qui confidunt in Do-
mino.</p> <p>10. Margarita redimita,
Meos exaudi modulos,
Me praeserves et conserves,
Ad te levavi oculos.</p> | <p>11. Post Mariam, vitae viam,
Mediatricem hominum,
Te requiro, dum suspiro
Voce mea ad Dominum.</p> <p>12. Te rex regum, stella gregum,
Non abs re multum diligit,
Per te dona dat et bona,
Beatus, qui intelligit.</p> <p>13. Vos, sorores, Christi flores,
Sequi matrem addiscite,
Mores pandit, astra scandit
Ecce, nunc bene-
dicite.</p> <p>14. Hanc Coletam tam facetam
Omni dempta calumnia
Honorate, collaudate,
Coeli enarrant gloriam.</p> <p>15. Et vos, patres, nosque fratres
In Coletae memoriam
Collaetemur, carminemur,
Coeli enarrant gloriam.</p> |
|--|---|

Cod. 7912 der k. u. k. Familien-Fideikommiss-Bibliothek Wien saec. 15.
add. saec. 15/16. — Die letzten Zeilen aller Strophen Psalmenanfänge.

267. De sancto Conrado.

1. Iste confessor Domini Conradus,
Christi sacerdos et pontifex almus,
Hodie laetus meruit secreta
Scandere coeli.
2. In juventute sobriusque pius,
Pauperum clemens pater et amator
Castitatis, quae vegetavit ejus
Corporis artus.
3. Flos paradisi, praesul Cuonrade,
Supplicum audi preces et languentum,
Quolibet morbo fuerint gravati,
Membraque cures.
4. Chorus te laudet sacerdotum atque
Virginum turma in honore tuo
Pangat, Conrade, ut tuis juvemur
Meritis almis.

5. Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra coeli residens cacumen
Totius mundi machinam gubernat
Trinus et unus.

Officia ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — Zum Vergleiche folgt der Text der Quelle:

1. Confessor Domini Cūnradus sacerdos et pontifex almus lacte hodie meruit secreta scandere coeli.

2. In juventute fuit sobrius pius clemens pauperum pater castitatis amator ejus vegetavit ejus corporis artus.

3. Flos paradisi praesul Cūnrade audi preces supplicum et languentum membra cures a quolibet morbo.

4. Chorus te laudat sacerdotum et virginum turba in honore tuo pangat Katherina [sic] ut tuis juvemur meritis.

5. Sit salus illi decus.

268. De ss. Cosma et Damiano.

1. Sanctorum festa celebremus omnes,
Trinum et unum Dominum laudemus,
Patremque sanctum, filium ejus et
Spiritus sanctum.
2. Hymnum canamus, vocibus laudamus,
Corde et ore Deum confitemur,
Ut nos ubique fide stabilitos
Firmet in pace.
3. Hoc interpellant pro nobis in coelis
Sanctorum merita Cosmae et Damiani,
Qui in isto loco nostri famulatu
Semper coluntur.
4. Quibus donasti gratiam curandi,
Languores hominum atque bestiarum,
Nos sanent semper corpore [menteque]
Atque defendant.
5. Simul cum istis omnibusque sanctis
Orent pro nobis jugiter in coelis
Atque pro plebe Domino devota
Christianorum.
6. Hinc adoramus atque veneramur
Omnipotentem Dominum regnantem,
Qui super coelos residet in arce
Trinus et unus.

Brev. ms. Coloniense saec. 14. in. Cod. Londinen. Add. 31913. — Mel.:
Iste confessor.

269. De sancto Cuniberto.

1. Annuā reverti
Festa gratulemur,
Patris Cuniberti
Laudes modulemur.
2. Cujus gaudet natu
Galliae gens trina,
Cujus praesulatu
Fulsit Agrippina.
3. Qui divinis rebus
Jugiter intentus,
Suis in diebus
Justus est inventus.
4. Conservator legum
Excelsi probatus,
In conspectu regum
Est magnificatus.
5. Eja, suavitatis
Adsurgamus sono
Mirae sanctitatis
Patri ac patrono.
6. Salve, Cuniberte,
Salus Agrippinae,
Fac, ut simus per te
Salvi sine fine.
7. Quorum te caterva
Laudat, o patrone,
Servos tuos serva
Sub protectione.
8. Gloria superno
Patri sit ac nato
Atque coaeterno
Flamini beato.

Brev. ms. Coloniense saec. 14. Cod. Dusseldorpin. C. 60. — Mel. nach dem Versmaße zu schliessen: Ave maris stella.

270. De sancto Cyriaco.

1. Martyr egregie, sancte Cyriace,
Summi pontificis levita nobilis,
Vota plebis tuae suscipe clemens.
2. Haec plebs laeta tui festa triumphii
Votis fidelibus colit et laudibus,
Mitis huic ergo semper adesto.
3. Qui exsuperasti fide potenti
Furias judicis poenasque mortis,
Nos precibus juva vincere mundum.
4. Junge tibi Largum atque Smaragdum
Et cum his sociis judicem nobis
Propitium semper facito Christum.
5. Nobis continuam poscito pacem,
Peccati veniam coelique patriam,
Ibique laetanter vivere semper.
6. Trinitati decus, honor et virtus,
Inseparabili laus unitati,
Consors imperium omne per aevum.

Antiph. ms. Calcariense saec. 16. Cod. Arch. Calcarien. A 14. A. —
Brev. ms. S. Mariae apud Ressam anni 1601. Cod. Berolinen. Oct. 120.
B. — 3, 3 precibus adjuva AB.

215. De sancta Barbara.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Hac in hora matutina
Rorem splendoris influe
Et in morte nos, regina,
Veste praeclara indue. | 3. Manum spei, ne mergamur
Et cum reis arguamur
Coram superno iudice,
Quo res produntur indice. |
| 2. A palato qui stillavit,
Primi reatum corrige,
Qui in patres redundavit;
Rosa regnorum, porrige | 4. Tibi decus, Jesu bone,
Laborantes qui coronae
Coeli decoras bravio
Mundi currentes stadio. |

Brev. ms. Ord. Theutonicici anni 1461. Cod. Arch. Ord. Vindobonen. 185. A. — Brev. ms. Diesense saec. 15. Cod. Monacen. 5694. B. — Brev. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Semin. Brixien. s. n. C. — Brev. ms. Claustroburgense 1199. saec. 14. D. — Hymn. ms. cum commento saec. 15. Cod. Wratislaviensis. IV Q 81. E. — Brev. sec. notulam et ritum dominorum Theutonicorum imp. 1500. F. — 1, 2 Rorem lucis influe E. — 1, 3 Et fehlt E. — 1, 4 Tuae in festis imbue E. — 2, 1 quod stillavit ABCDE. — 2, 3 Quod in ABCDE; in partes D. — 2, 4 Rosas C; corrige D. — 3, 2 Tu supplex ora hodie D. — 3, 3 Ne cum reis arguamur D. — 3, 4 Nam res ABCF; res prudenter AC; Coram superno iudice D.

216. De sancta Barbara.

1. Festum nunc celebre virginis inclitae
Devotis mentibus et piis actibus
Convenit promere festivo tempore
Coelorum regi Domino.
2. Fenestram statuit, Deum qua coluit,
Captivae famulus virginis angelus
De coeli culmine advenit lumine
Reformans poenam gaudio.
3. Mamillas nobilis castique corporis
Abscidit impia gens absque venia
Nudamque reddidit, quam Deus condidit
Supernae stola gloriae.
4. Hinc pater filiam rapuit Barbaram,
Truncato capite quassatus fulmine
Pater jam periit, et virgo adiit
Felicem sinum Abrahae.
5. Oramus, Domine, conditor inclite,
Ut nos cum virgine simul et martyre
Barbara gloriam ducas ad coelicam
Peccati data venia.

6. Praesta hoc, genitor optime maxime,
Hoc tu, nate Dei et bone spiritus,
Regnans perpetuo fulgida trinitas
Per cuncta pie saecula.

Antiph. ms. Calcariense saec. 14. Cod. Calcarien. s. n. A. — Antiph.
ms. Calcariense saec. 16. Cod. Arch. Calcarien. A 14. B. — Str. 4 und 5
umgestellt AB.

217. De sancta Barbara.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| 1. Fidelis Christi Barbara,
Nobis implores gratiam,
Per quam vitemus tartara
Adipiscentes gloriam. | 3. In trinitatis nomine
Tu tres fenestras praecipis,
Tibi cedente silice
Crucis figuram imprimis. |
| 2. Tu speciosa corpore,
In alta turri posita,
Nos tuo muni robore
Ob tuae vitae merita. | 4. Petra praebente semitam
Captam pater exspoliatur,
Deitatis essentiam
Ob hoc quod sibi nuntiat. |
| 5. Per te, beata Barbara,
Ignis vitemus tartara
Et perfruamur gloria
In saeculorum saecula. | |

Brev. Romanum imp. Venetiis (G. de Gregoriis) 1521. — 3, 1 Qui
trinitatis nomine.

218. De sancto Bartholomaeo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Chorus iste gratuletur
In patroni solemnibus,
Hymnus laudis decantetur
In ipsius praeconiis. | 4. Regis Astrahis jussibus
Caput justus praeciditur,
Ab angelis cum laudibus
Ad paradysum vehitur. |
| 2. Indis nova lux oritur
Apostoli praesentia,
Astaroth vinctus redditur,
Cessat Berith fallacia. | 5. Hunc patronum attollamus
Offerentes servitia,
Ut adesse sentiamus
Ejusdem patrocinia. |
| 3. Regis sanatur filia,
Daemon confringit idola,
Rex baptismi mysteria
Sumit, plebs fit Christicola. | 6. Deo patri et filio
Una cum sancto spiritu
Laus, honor, jubilatio
Nunc sit et in perpetuum. |

Officia ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — 4, 1 Sonst meist Astriges,
Astryages (Astyages). — 6, 2 Una ergänzt. — 6, 3 Laus et honor et.

219. De sancto Bartholomaeo.

1. Laude concordēs celebremus omnes
Hanc diem festam Domino sacratam
Judici saeculi sub honor sancti
Bartholomaei.
2. Ultimae regem simul iste plebem
Indiae Christo retulit magistro,
Sedulīs signis adhibens benignis
Dogma salutis.
3. Ex Astryagis feritate regis
Promptus ob Christum jugulatus ipsum,
Victor in regnum subiit supremum
Laetus in aevum.
4. Hujus oratu redimi reatu
Nos pius donet Deus et coronet
Actibus justis societque turmis
Aethere sanctis.
5. Praestet hoc nobis pater, auctor orbis,
Cum suo nato pariterque sancto
Spiritu trinus Deus, atque unus
Tempore cuncto.

Brev. ms. Monacen. 26681. saec. 15. — 1, 2 festam fehlt. — 2, 1 Ultimo. — 3, 1 mastris statt Astryagis Hs. — 5, 3 Spiritui sancto trinus et unus Hs.

220. De sancto Bavone.

- | | |
|---|--|
| 1. Audite, Christi milites,
Voces ovantum concite,
Laeto canentes agmine
Sancti Bavonis gloriam. | 5. Erat sibi contrarius
Quidam loquela subdulus,
Qui morte punitus fera
Est voce surrectus sua. |
| 2. Beata mater filii
Et prolis electae Dei,
Gavisa partu praecluem
Effudit orbi militem. | 6. Fit fletus et fletu pium
Cernentibus hunc gaudium,
Quam concite miles Dei
Leges resolvit inferi. |
| 3. Coepit sinistri tramitis
Dexter superni principis
Tiro reversus lubrica
Ire relictum devia. | 7. Gaude, patroni portatrix
Augusta tellus corporis,
Quae cella sanctis artubus
Eras, quies et nunc suus. |
| 4. Dum subdidit collum jugo
Suave terendum coelico,
Potenter haec insignia
Effecerat miracula: | 8. Hujus precatus sedulus.
Coram Deo tam vividus,
Fictum maligni spiritus
Pellebat in serpentibus. |

- | | |
|---|--|
| <p>9. Unum Deum, quem colimus
Et toto corde quaerimus;
Illi sit virtus et honor
Et gratiarum actio.</p> <p>10. Xristianae qui fidei
Aemulatori Bavoni
Claritatem concesserat
Cum angelis perpetuam.</p> | <p>11. Ymnum pro nobis dic Deo,
Esto nostri memor, Bavo,
Optando salutem nobis
Simul et indulgentiam.</p> <p>12. Zelator ut fortis Deus
Muniat nos ab hostibus
Detque praesens solatium
Et summae lucis bravium.</p> |
|---|--|

Psalt. c. hymn. ms. S. Bavonis saec. 15. Cod. Gandaven. 73 (16). — Leider fehlen diesem alten Abcdarius, dem ich anderwärts nicht wieder begegnet bin, 11 Strophen, **I** bis **T** einschließlic, weil in der Genter Hs. ein Blatt ausgeschnitten ist. Von der neunten Strophe sind nur die Anfangsworte: „Idem reclusus saeculo Loqui“ vorhanden, von der neunzehnten (**T**) der Schlufs: suis subjugat Orbem potenter legibus. — 1, 2 ovantum consides. — 3, 4 Iri. — Nach Str. 6 Divisio; der ganze Abcdarius war also in mehrere, wahrscheinlich 3 Hymnen abgeteilt.

221. De sancto Benedicto.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Benedictus verus testis,
In terris homo coelestis,
Vita fulgens angelica,
Intrans in regna coelica.</p> <p>2. Benedictus, justitia
Atque misericordia
Conformis hic perfectius
Beatis confessoribus.</p> <p>3. Benedictus munditiam
Habens per temperantiam,
Jam in coetu virgineo
Felix est ejus mansio.</p> | <p>4. Benedictus supernorum
Lucet in turba civium,
In thalamo aethereo
Refulgens vultu praeclaro.</p> <p>5. Benedicte, hoc implora,
Ut nos Christus in hac hora
Salvet et nos vultu suo
Laetificet perpetuo.</p> <p>6. Benedicte, dux inclite,
Laudes sume nostrae prosae,
Nos invocantes respice,
O patrone gloriose.</p> <p>7. Benedictus sis in polo,
Qui sedes in summo throno,
Tibi sit laus ac gloria
In sempiterna saecula.</p> |
|---|--|

Cod. Guelfenbyteran. (ol. Cisterciens.) H. 1163. saec. 15. ex.

222. De sancto Benedicto.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Benedictus in Domino
Migravit vultu sereno
Ad te jam gloriosior,
Jesu, corona celsior.</p> | <p>2. E Nursia progenitus
Clarior est ex parentibus,
Proles perfectae indolis
Par fit sanctorum meritis.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Nil scire duxit commodum,
Nisi crucis mysterium,
Ut te sequatur, Domine,
Lucis creator optime.</p> <p>4. Ex ipsa pueritia
Spiritāli militia
Gerens te corde senili,
Jesu, salvator saeculi.</p> <p>5. Disciplinis scholaribus
Est Romae puer traditus,
Ubi studebat sedule
Mysterium ecclesiae.</p> <p>6. Iste fidelis serviens,
Deo placere cupiens,
Modestus et laudabilis,
Amore Christi nobilis.</p> | <p>7. Confessor Dei inclitus,
Omni virtute praeditus,
Elevatur in gaudio,
Hymnum dicamus Domino.</p> <p>8. Transeamus ad Dominum
Per te ducem clarissimum;
Ut te possimus visere,
Jesu Christe, auctor
vitae.</p> <p>9. Uerus est hic christicola,
Cui mater ecclesia
Promit meli dulcedinem,
Urbs beata Jerusalem.</p> <p>10. Sit tibi laus et gloria,
Qui das in coeli curia
Post hujus vitae stadia
Aeterna Christi munera.</p> |
|--|--|

Cod. Guelfenbyteran. (ol. Cisterciēn.) H. 1163 saec. 15. ex. — 3, 2 Nisi curis. — 5, 3 studebat Deo sedulus. — 9, 4 Et urbs beata. — Da die letzter Zeilen jeder Strophe Anfänge anderer Hymnen sind, dürfte dies auch mit 2, 4 der Fall sein, obschon mir ein Lied dieses Anfangs nicht bekannt ist.

223. De sancto Benedicto.

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Benedictus sanctissimus,
Omni virtute praeclarus,
Tibi sancta theotocos
Conregnat apud superos.</p> <p>2. Benedictus, sublimibus
Angelicis ordinibus
Non impar in mysterio,
His consors vultu vario.</p> <p>3. Benedictus, consimilis
Fide sanctis patriarchis,
Contemplando limpidius
Adstat ipsorum coetibus.</p> <p>4. Benedictus, par prophetis,
Adest eorum cuneis,
Spe atque re perfruitur,
Quo nil dulcius gustatur.</p> | <p>5. Benedictus, apostolis
Caritate coequalis,
Nunc bibit mustum fervidum
Immemor praeteritorum.</p> <p>6. Benedictus, doctoribus
Sapientia consortus,
Informans ad subtilia
Subditos et utilia.</p> <p>7. Benedictus, martyribus
Compar in passionibus,
Patiens in injuriis,
Sodalis est in gaudiis.</p> <p>8. Benedictus sis in polo,
Qui sedes in summo throno.
Tibi sit laus ac gloria
In sempiterna saecula.</p> |
|---|--|

Cod. Guelfenbyteran. (ol. Cisterciēn.) H. 1163. saec. 15. ex. — 4, 4 gestatur. — 8, 3 laus et gaudium ac gloria. — Diese drei Hymnen auf den hl. Benedict scheinen von demselben Verfasser zu sein wie die Lieder Analecta IV, Nr. 195 und 196, die auch in dieser Hs. stehen und alle das Akrostich Benedictus zeigen.

224. De sancto Benedicto.

- | | |
|--|---|
| 1. Grex tuus, o Benedicte, tibi
Corde quod occinit ex humili,
Carmen, amate pater, capito,
Sedulus offer et ipse Deo. | 4. Aequiperas meritum Moysi,
Cum gregis annueres oneri,
Eliciens prece nocticana
Ex silicis laticem cavea. |
| 2. Cui mage luce sub hac celebri
Munia solvimus hymnologi,
Qua voluit revocare sibi
Te, venerabile plasma sui. | 5. Compos Helisaicae fidei,
Compatiens lacrimisque Gothi,
Gurgitis eximii scatebris
Manubrio calibem revehis. |
| 3. Gratia quem quoque theorica
Irradians face regminea,
Praetulit omnibus orbiculis,
Ut via plena foret radiis. | 6. Juris apostolici meritis
Justitiae es socius parilis,
Restituens animas precibus
Tabifluis nece corporibus. |
7. Inclita doxa patri ingenito
Ejus et ex deitate sato
Spirituique pari Domino
Gloria tempore perpetuo.

Hymn. ms. Fredeslariensis saec. 11. ex. Cod. Casselan. Ms. Theol.
IV. 25.

225. De sancto Benedicto.

1. Festa praesentis celebret diei
Mente devota populus fidelis,
Quam sacris ornat meritis beatus
Vir Benedictus.
2. Vixit in mundo reprobando mundum,
Celsior mundo superae gerendo
Fervido vitae meditationem
Pectore jugem.
3. Signa virtutis operum potentum
Densitas paudit, quis in ejus aula
Cordis arcana residens gerebat
Abdita sacra.
4. Asperos fortis superat labores,
Justa sectatur, tumidos honores
Spernit et pravos premit appetitus
Cuncta scienter.
5. Daemones pellit retegitque corda,
Res et absentes videt et futuras,
Membra languentum redeunt saluti,
Mortua vitae.
6. Panditur mundus simul omnis illi,
Visque naturae violenta cedit,
Spiritus justos hominum petentes
Sidera cernit.

7. Praebet in somnis documenta mire,
Vincla tortoris vacuat videndo,
Fallitur fallax vetus anguis illum
Fallere temptans.
8. Fractus humani generis videndo
Hostis immanis gemit et dolendo,
Invide frendens quaeritur coactus
De Benedicto.
9. Poscimus, victor Benedicte felix,
Ut triumphanti tibi qui fideli
Mente congaudent, miseris beatus
Compatiaris.
10. Laus Deo, virtus, decus et potestas
Simplici semper pariterque trino,
Cuncta qui portat, superat, gubernat,
Claudit et implet.

Brev. ms. Lirensis saec. 13. in. Cod. Ebroicen. 122. A. — Psalt. ms. Cantuariense saec. 14. in. Cod. Oxonien. Ashmol. 1525. B. — Psalt. ms. Lirensis saec. 14. in. Cod. Londinen. Add. 16975. C. — Psalt. ms. Croylandense (?) saec. 13/14. Cod. Lambethan. 563. D. — Brev. ms. Lirensis saec. 14/15. Cod. Ebroicen. 123. E. — Brev. ms. Mantuanum saec. 15. Cod. Capit. Patavini 734. F. — Psalt. ms. Cantuariense saec. 15. Cod. Lambethan. 558. G. — 3, 1 potenter F. — 3, 2 pandunt AE. — 6, 2 Nisum naturae F; cedis A. — 8, 3 Invite A. — Nach Str. 5 Divisio.

226. In Translatione s. Benedicti.

- | | |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Concordemus cordibus,
Ut concordis cantibus
Cantemus ad debitum
Benedicti meritum. 2. Qui Dei providentia
Ex Nursiae provincia
Ortus a natalibus
Est liberioribus. 3. Hic a pueritia
Non sectabatur otia,
Sed Dei servitio
Se dedit ab initio: | <ol style="list-style-type: none"> 4. Vixit sub abstinentia
In magna patientia
Nullisque sextis feriis
Pasebatur materiis. 5. Mundum fugit, sed eremum
Affectavit et habitum
Durum, quo coeli Domino
Deserviat altissimo. 6. Te ergo, Christi presbyter,
Rogamus, ut viriliter
Fundas pro hoc collegio
Tuas nunc preces Domino. |
|---|--|

Brev. S. Servatii Trajecten. imp. Coloniae 1503.

227. De sancto Bernhardo.

- | | |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Salvatoris ad honorem
Gloriosum confessorem
Collaudemus Bernardum,
Cujus vita plena signis,
Sancta fuit et insignis,
Fragrans plus quam liliū. | <ol style="list-style-type: none"> 2. Hic confessor gloriosus,
Super omnes gratiosus,
Mitis, verax, humilis,
Corde purus, carne castus,
Cunctos prorsus sprevit fastus
Hujus mundi labilis. |
|---|--|

- | | |
|--|---|
| <p>3. Dum in mundo vixit isto,
Deservivit semper Christo
Carnem domans propriam,
Jesum laudans et Mariam,
Genitricem ejus piam,
Signans plenam gratiam.</p> <p>4. Nunc in coelo sublimatus
Morbos curat exoratus
Plebis suae jugiter,
Pia vota supplicantum
Et devote se laudantum
Implet efficaciter.</p> | <p>5. Locum istum visitare
Veni cito, pater care,
Noli moram facere,
Ros coelestis hic descendat,
Ne quis ibi te offendat
Mente, verbis, opere.</p> <p>6. O Bernharde, confessorum
Flos et decus monachorum,
Nos a malis libera,
Munda nos sic a peccatis,
Ut in coelo cum beatis
Jungamur post funera.</p> |
|--|---|

Cod. Guelfenbyteran. (ol. Cisterciën.) H. 1163. saec. 15. — Der Reim zwischen 1, 3 und 1, 6 zeigt an, daß der Hymnus ursprünglich nicht auf Bernhardus, sondern auf einen anderen Heiligen verfaßt ist.

228. De sancto Bernharðo.

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Psallat laudes creatoris
Intus mens et lingua foris,
In hoc festo patris sancti,
Cujus nardus valet tanti
Regis in accubitu,</p> <p>2. Ut illecta hoc odere
Sponsa currat cum dulcore
In amplexus sponsi sui,
Concupitis quaerens frui
Oculis pro libitu.</p> <p>3. Haec est illa bona nardus,
De qua dictus est Bernardus
Pater noster, in hac vita
Humilis, sed fervens ita,
Ut instar nardi habeat.</p> | <p>4. Vere ergo hic est aptus
Nunc in pulverem redactus,
Ut quasi virgula fumi
Ex aromatibus dñi
Ascendens redolet.</p> <p>5. Pater, miris redimitus
Coeli donis et fulcitus,
Te commenta magni pendunt,
Quae scripsisti, et rependunt
Dona septenaria.</p> <p>6. Natum, quem vidisti clare
Matrem pie contrectare,
Nobis posce fore gratum
Suo regno adunatum
Per optata bravia.</p> |
|--|---|

7. Spiritum, quem noster frater

Pignus dedit, summe pater,
Redime, ut nos post mortem
In haereditatis sortem
Admittas per saecula.

Psalt. ms. Veteris Montis saec. 13. Cod. Dusseldorpin. C 58. add. saec. 14. A. — Noct. ms. Cisterciën. saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 2880. B. — Cod. Guelfenbyteran. (ol. Cisterciën.) H. 1163. saec. 15. ex. C. — Diurn. ms. Kirchheimense saec. 15. Cod. Mähingen. II 1. 8° 18. D. — 2, 1 electa D. — 2 2, currit A. — 3, 4 et fervens C. — 3, 5 Instar nardi possidet C. — 4, 3 Quasi spirans virga fumi C. — 4, 5 Ascendens sic redolet. — Str. 4 u. 6 fehlen ABD, von denen AB hier Strophe 1—4, D nur Str. 1 und 2 des folgenden Hymnus einschieben. — 7, 4 Admittamur AB; in C ist die ganze Doxologie verändert, wie folgt:

Spiritusque noster frater
Adornatus; summe pater,
Tua proles, nos post mortem
In haereditatis sortem
Adjungat per saecula.

229. De sancto Bernhardo.

Ad Completorium.

1. Surge modo, sponsa Christi,
Et votis jungere isti,
Ut te odor dulciffuus
Trahat, ubi sponsus tuus
Cubat in meridie.
2. Lecto, quem Bernardus stravit
Floribusque adornavit,
In amplexus dulces ruas,
Sponsi delicias suas
Communicans tota die.
3. O Bernarde, pater dulcis,
Qui nos his floribus fulcis,
Esto nobis in hac via
Dux ac propugnator, quia
Multa sunt obstacula.
4. Ne currentes offendamus,
Sed securi maneamus
Super dilectum innixi,
Ut de ligno crucifixi
Nobis sint umbracula.
5. Nunc coelorum cives plaudent
Et feliciter congaudent,
Agni coenam commensalem
Hunc videntes et sodalem
Dulci contubernio.
6. Favent illi sceptro Dei
Et consortes adstant ei,
Supernorum hymnos dantes,
His se invicem hortantes,
O quam grandis praemio.
7. Spiritum, quem noster frater.

Psalt. ms. Veteris Montis saec. 13. Cod. Dusseldorpin. C 58. add. saec. 14. A. — Noct. ms. Cisterciense saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 2880. B. — Cod. Guelfenbyteran. (ol. Cisterciën.) H. 1163. saec. 15. ex. C. — Diurn. ms. Kirchheimense saec. 15. Cod. Maihingen. II 1. 8° 18. D. — AB haben nur die vier, D hat nur die zwei ersten Strophen und zwar als Teil des vorhergehenden Hymnus. — 1, 2 Opem vatis promisisti C. — 1, 3 Ut nos C. — 2, 1 In lecto ABD. — 2, 4 Sponsi gazas atque tuas C. — 1, 5 Tribuas quotidie C. — 3, 2 nos scriptis pulchre fulcis C. — 3, 4 Propugnator et dux C. — 4, 1 Nos currentes ostendamus A. — 4, 3 Ad dilectum sic innixi C. — 4, 4 Et de AB.

230. De sancto Bernhardo.

1. Dum coelestis figulus,
Ut suis fidelibus
Nectar propinaret
Et ornatum moribus
Igne sancti spiritus
Sibi vas dotaret,
2. Electus ex milibus
Bernhardus fidelibus
Dignus reperitur,
Et ut aurum obrizum
Ex virtute rutilum
Patris expolitur.
3. Qui de loco gloriae
Per fluentia gratiae
Coelitus repletur,
Ut mores fidelium
Reformet ad pristinum,
Morsque relevetur.
4. Hic pluit virtutibus,
Coruscat miraculis
Divae majestatis,
Scriptis et sermonibus
Ex rivis coelestibus
Sibi distillatis.

5. O misericordia
Patris et potentia,
O virtus divina,
Ut de vase luteo
Velut ab empyreo
Stillat medicina.
6. Talis a Christicolis
Et veris coelicolis
Digne veneratur,
Qui inaestimabilis
Vultum pulchritudinis
Digne contemplatur.
7. Ergo, pater inclite,
Preces nostras suscipe,
Ut te veneremur,
Digne cum angelicis
Choris et virginicis
Tecum collemur.

Hymn. ms. Emmeramen. saec. 15. Clm. Monacen. 14667. — 3, 4 Ut moribus. — 3, 5 Plurimum ad pristinum, offenbar verschrieben.

231. De sancto Besso.

Ad Vesperas.

1. Martyrem Christi veneremur omnes
Ejus devoti gesta recolentes,
Aegri resultent martyri benigno
Vota solventes.
2. Psallat caterva clericorum laeta,
Plebsque fidelis animo sereno
Bessi sacrata celebret solemnibus
Annua festa.
3. Dei athleta, tibi famulantes
Refove servos miseratus omnes,
Maxime tamen hos, qui te frequentant,
Hipporienses.
4. Vulnera tergat vitiorum nostra,
Martyr insignis, potens virtus tua,
Quae languidorum pie reformavit
Corpora multa.
5. Cernua Deum flagitemus prece,
Meritibus tuis mala cuncta tolle,
Qui laureatus bravium coelestis
Possides aulae.
6. Simplici Deo pariterque trino,
Patri ac nato neumatique sacro,
Militem suum qui sic muneravit,
Laus sit in aevum.

Brev. ms. Hipporegiense anni 1488. Cod. Capit. Hipporegiens. 9. — 2, 2 fidelis suo sereno. — 3, 1 Dierum athleta. — 3, 2 Refove nos miseratus. — 5, 1 Cernua Dominum. — Die Abschrift dieses sowie der folgenden zwei Hymnen danke ich der Güte des Hochwürdigen Herrn P. Fedele Savio S. J.

232. De sancto Besso.

Ad Matutinum.

1. Christe, salvator hominum,
Perpes corona martyrum,
Tuis faveto famulis
Precatu tanti martyris.
2. En, sanctus mirabilia
Bessus patravit plurima,
Pio in cujus nomine
Languentes gaudent hodie.
3. Morbos excludit corporum,
Vires consternit daemonum,
Salutem praestans miseris
Criminum peste sauciis.
4. Periculorum subitis
Vocatus in angustiis
Adjutor est eximius
Virtute data coelitus.
5. Nos ergo, martyr inclite,
Christo commenda jugiter
In tuo natalitio
Qui gratulamur annuo.
6. Ejus et modo laudibus
Plebem intentam tu pius
Conserva pestem dirimens,
Salutis dona conferens.
7. Virtus, honor et gloria
Summo sit regi sedula,
Qui martyrum victoria
Manet per cuncta saecula.

Brev. ms. Hipporegiense anni 1488. Cod. Capit. Hipporegien. 9.

233. De sancto Besso.

Ad Laudes.

1. Martyris hujus annua
Venerantes solemnia
Tibi devotos effice,
Sanctorum rex altissime.
2. Christicularum precibus
Adsis quoque propitius,
Qui Besso martyri pio
Vota ferunt ex animo.
3. Nam vitiorum varias
Propulsat hic molestias,
Quibus gravantur animi
Caecorum inde perdit.
4. Suffragatur et sarcinis
Mortalium corporeis,
Dulci fomento recreans
Benignus atque reparans.
5. Virtutem tantam coelitus
Ei collatam credimus
Tua favente gratia
Magna ejus ob merita.
6. Cujus obtentu patriam
Redde nobis mellifluam,
Ubi beatus gaudio
Hic fruitur perpetuo.
7. Grates vero cum laudibus
Tibi, Christe, persolvimus,
In fide tua stabilem
Qui sic ditasti martyrem.

Brev. ms. Hipporegiense anni 1488. Cod. Capit. Hipporegien. 9.

234. De sancta Bilhilde.

In 1. Vesperis.

- | | |
|--|--|
| 1. Optatus votis omnium
Adest dies fidelibus,
Quo Christus in imperium
Bilhildis transfert spiritum,
O amor, o sublimitas! | 3. Cujus piis affectibus
Chorus concordat coelitus,
Obtineat, quod Dominus
Nostris parcat excessibus,
O amor, vincens omnia! |
| 2. Ibi concentu dramatis
Et euphoniis melicis,
Dat odas neumis lyricis
Ante thronum pantocratis,
O amor, Deus, deitas! | 4. Trinitati sit gloria
In summa coeli curia
Quae patronam inclitam
Ad suam vexit gloriam,
O amor, amans omnia. |

Brev. ms. Veteris Monasterii saec. 16. Cod. Maguntin. 96. — 4, 3 Qui patronam Hs; lies vielleicht Quia patronam?

235. De sancta Bilhilde.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Beata illa patria,
Ubi plena sunt gaudia,
Ubi gaudent felicia
Sanctorum contubernia. | 5. Adest enim angelicus
Et ordo apostolicus,
Confessor cum martyribus,
Uterque cum virginibus. |
| 2. Egressi cum victoria
Gloriantur in gloria,
Exempti a miseria
In pace stant perpetua. | 6. Regis summi suavissimus
Cibat omnes intuitus,
Bilhildis hic prae omnibus
Refulget ut carbunculus. |
| 3. Regni ludens in solio
Sancta gaudet commurio,
Ubi pater in filio
Fulget ut sol in lilio. | 7. Dum pausas hic, sanctissima,
Salutem poscas animae
Vide causam miseriae
Supplicantis familiae. |
| 4. Nostra ibi ex vasculo
Pleno bibit in poculo
Bilhildis, quod in saeculo
Sitivit, videt oculo. | 8. Et corporis et animae
Tota salva compagine
Dei simus essentiae
Participes et gloriae. |
| 9. Summi patris hoc filius
Praestet atque paraclitus,
Cum quibus gaudet plenius
Bilhildis, Dei famula. | |

Brev. ms. Veteris Monasterii saec. 16. Cod. Maguntin. 96. — Str. 6 u. ff. ad Completorium; dieselben sind aber augenscheinlich nur eine Divisio.

236. De sancta Bilhilde.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| 1. O rex benigne, Domine,
Virginum palma fulgida,
Audi, quas fundunt populi,
Preces precantes cernui. | 3. Cujus oratu supplices
Precamur atque humiles,
Pacem concede cordium,
Vitare labem criminum. |
| 2. Almae matris rutilat
Festa dies ac celebris,
Bilhildis sanctae, precibus
Cujus muniri petimus. | 4. Mentem accendat caritas,
Igne flammescat animus,
Divino semper munere
Sic vigeamus perpetim. |
| 5. Praestet hoc ipsa trinitas
Patris natique pariter,
Sanctus amborum spiritus
Cuncta gubernans saecula. | |

Brev. ms. Veteris Monasterii saec. 16. Cod. Maguntin. 96. A. — Brev. ms. S. Caeciliae Colonien. saec. 16. Cod. Darmstadien. 2656. B. — De sancta Eugenia B. — 2, 1 Almae virginis rutilat B, was die richtige und ursprüngliche Lesart ist, aber auf Bilhild geändert werden mußte. — 2, 3 Eugeniae precibus B. — 3, 3 concedi B. — 4, 2 animos B.

237. De sancto Blasio.

Ad Vesperas.

1. Blasii, Christi martyris eximii,
Claret per orbem dies natalitii,
Qui triumphavit cum duobus pueris,
Quos in obscuro baptizatos carcere
Instruxit plene fidei mysteriis.
2. Mortis influxus expavescens Blasius,
Fidei suae cultor sagacissimus,
Argei montis subiit crepidinem,
Peragrans hujus vasti solitudinem,
Intravit specus tenebrosam requiem.
3. Ad dictum specum frequentabant bestiae,
Quae procumbentes consternata facie
Sanctum petebant sibi benedicere,
Nutu divino corvus alimoniae
Gratiam ferens pavit hunc assidue.
4. Agricolaus ad loca silvestria
Causa venandi direxit mancipia,
Ante speluncae Blasii latibulum
Ferarum cursus sistit fugientium,
Se sanctus offert oculis venantium.

5. Hoc ut audivit praeses impiissimus,
Ad se praecepit deferri celerius;
Ter ipsa nocte Dominus per somnium
Monuit suum praesulem sanctissimum,
Surgens offerret sibi sacrificium.
6. Carcere primum ligatur compedibus,
Jovem blasphemans caeditur cum fustibus,
Item suspendi jussus est equuleo,
Unguibus carpi, rupto carnis corio
Fidei manet robusta confessio.
7. Caesar iniquus exardescens furia
Jubet adiri laci praecipitia,
Ad collum ejus pondere marmoreo
Ligato sanctum dimittunt continuo,
Illaeus exit glaciali solio.
8. Genibus flexis pontifex magnanimus
Vibretur, infit, in cervicem gladius;
Sanguine fuso sociatur angelis.
Pellens adversa fac laetari prosperis,
Christus, rogantes prece tui martyris.
9. Martyrum regi decantemus gloriam,
Qui membris confert in terris victoriam,
Una cum patre sanctoque paraclito,
Sicut laus erat ei in principio,
Et nunc et semper sit atque perpetuo.

Offic. ms. S. Blasii saec. 15. in. Cod. Darmstadien. 1021. — 1, 2
Claruit. — 2, 5 specu. — 7, 5 exit.

238. De sancto Blasio.

Ad Laudes.

1. Gloria, Deus, et corona martyrum
Sors, vita, salus, praemium, pax, gaudium,
Exaudi preces tibi supplicantium,
Inter procellas mundi fer auxilium,
Arce tyrannos, gregem fovens ovium.
2. Congratulantes celebremus annua
Martyris tui Blasii solemnia,
Qui deputavit vana mundi gaudia,
Pede conculcans cuncta transitoria
Diversa sprevit tyranni supplicia.

3. Hunc subsequentes sanctae septem feminae,
Se Christianas conclamantes strenue,
Martyrizatae Jesu Christi nomine
Possident coeli lauream victoriae.
4. Capite caesus pontifex eximius,
Coelum exsultans contemplatur plenius,
Pro quo contempsit, quidquid est inferius,
Resurgit fine mundi gloriosius,
Judex sedebit cum contribunalibus.
5. Praesul insignis, martyr sacratissime,
Pro tuis ora famulis assidue,
Qui tua colunt festa devotissime,
Lapsis fer opem, pacis hostes amove,
Nostrorum sordes peccatorum ablue.
6. Sit trinitati coequalis gloria,
Qui solus Deus ante cuncta saecula,
Trina majestas et una substantia,
Deitas una, potestas, essentia,
Laus, honor, virtus, salus et victoria.

Offic. ms. S. Blasii saec. 15. in. Cod. Darmstadien. 1021. — 1, 1 et honor corona. — Str. 3 fehlt eine Zeile. — 6, 2 cuncta ergänzt.

239. De sancto Blasio.

1. Concordis sexus Blasii uterque
Plebis in festo vocibus psallendo
Concurrat sancti martyris, patronum
Quem dedit Christus.
2. Omnia Dei strenue calcando
Saeculi hujus blandimenta vana,
Palam confundens judicem virtute
Agricolaum,
3. Non pavet minas, vincitur nec blandis,
Resistit usque agonista fortis,
In se reportat sententiam nequam
Cruentae mortis.
4. Regi coelorum spiritum commendans,
Dat corpus terrae libens moriturus,
Laetus abscessit, debitum naturae
Sic exsolvendo.
5. Ascendit primum praesidis ad votum
Laci profunda intrepidus multum,
Apparet unda sancto solidata
Terra calcanti.

6. Dehinc vocavit idola colentes,
Praesto sedere, secum ut adstantes
Probent suorum falsamque deorum
Fore virtutem.
7. Viri tunc quoque fanis confidentes
Intrant protervi sexaginta quinque,
Capit demersos abyssi profundum
Opere Dei.
8. Suscipe vota supplicum tuorum,
Per te jam culpīs veniam da nobis,
Ut tibi, Christe, jugiter vivamus
Gaudio perenni.

Brev. ms. Fredeslariense saec. 15. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 145. —
2, 1 Dei gehört jedenfalls zu virtute 2, 3. — 6, 3 Probentque.

240. De sancto Blasio.

1. Praesul, insignis pietate multa,
Martyrum Christi decus atque splendor,
Inter et primos venerande sanctos,
Inclite Blasi.
2. Tu velut sidus radians potenter
Plebis errantis tenebras fugasti,
Dogmatis sacri jubar, ecce, spargens,
Inclite Blasi.
3. Inter electos eremum colentes
Ut fores regni speculator almi,
Montis Argei latebras petisti,
Inclite Blasi.
4. Es frequens illic socius ferarum,
Irruunt ad te pariter volucres
Et tuam poscunt benedictionem,
Inclite Blasi.
5. Mira res dictu, renovatur in te,
Quod vetus quondam temerator Adam
Impio gustu tulit, ecce, nobis,
Inclite Blasi.
6. Inde torqueris scelerum ministris,
Sanguinem fundunt lacerata membra,
Perdit hinc vitam gladius cruentus,
Inclite Blasi.

271. De sancto Donato.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Iste martyr egregius
Coelum scandit sublimius,
Christi volat in amplexus,
Quos amoris jungit nexus.</p> <p>2. Calicem salutis sumpsit,
Jesu nomen invocavit,
Et cujus sanguinem bibit,
Pro eo proprium fudit.</p> <p>3. Cum potente discubuit
Et prudens consideravit,
Qualia sunt apposita,
Praeparavitque talia.</p> | <p>4. Ad nuptias invitatus
Loco infimo contentus,
Est in coeli convivio
Sublimatus a Domino.</p> <p>5. Rogemus ergo cernui,
Ut Deus prece Donati,
Cujus festa percolimus,
Nos societ coelestibus.</p> <p>6. Summo parenti gloria
Natoque laus quam maxima
Cum sancto sit spiramine
Nunc et per omne saeculum.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Carmeli Freistadien. saec. 15. Cod. Wratislaviens. I O 72.
A. — Brev. Misnense imp. Lipsiae 1517. B. — 1, 4 jungat A.

272. De sancta Dorothea.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Voce clara resonemus,
Hymnos dulces decantemus
Vigilanti studio,
Nam ad chorum supernorum
Dorotheam rex coelorum
Vexit cum tripudio.</p> <p>2. Haec ab annis juventutis
Surdus spretis dis et mutis
Coluit altissimum,
Ejus cor qui tam accendens,
Ut et mortem parvipendens
Sperneret saevissimum.</p> | <p>3. Sicut lutum platearum
Florem rerum mundanarum
Contempsit haec beata,
Nunc quapropter adstans trinae
Deitati sine fine
Congaudet coronata.</p> <p>4. Virgo, decus castitatis,
Martyr mirae sanctitatis,
Supplex fer auxilium;
Tecum rosas colligamus,
Ubi semper gaudeamus
Praesens post exsilium.</p> <p>5. Prosit tua singularis,
Efficax et salutaris
Nobis intercessio
Et distinctae trinitatis
Unicaeque deitatis
Fides et confessio.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 84. A. — Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Carlsruhan. Geo 52. B. — Brev. ms. Benedictinum anni 1501. Cod. Carlsruhan. Geo 53. C. — 1, 4 Qui ad thorum BC. — 2, 4 cor quietam accendens BC. — 2, 6 Scerneret A. — 3, 3 hoc B. — 3, 6 Gaudet BC. — 5, 1 Prosit ita tua B.

273. De sancta Dympna.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|---|
| 1. Vocis erumpat puritas
Laudis in sacrificium,
Quam beatæ solemnitas
Dympnae movet ad gaudium. | 4. Tentat in vanum deditus
Gentilitatis cultui,
Quod inspirata coelitus
Misceatur incestui. |
| 2. Regis gentilis filia
Suave jugum Domini
Tulit a pueritia,
Templum se offert numini. | 5. Gemmas, vestes et praedia
Se donaturum asserit,
Quae mens coronæ conscia
Velut figmentum respuit. |
| 3. Matre defuncta filiae
Rex concupivit speciem,
Cernens in ejus facie
Sponsae vultus effigem. | 6. Quaesumus, auctor omnium,
Ut ipsius suffragio
Des supernorum civium
Nobis frui consortio. |

Antiph. ms. Gelense saec. 15. add. saec. 15/16.

274. De sancta Dympna.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Sion in portis filiae
Resultet vox laetitiae,
Plena laudis et gloria,
Sitque mens vocis socia. | 4. Virginis sacrae bajuli,
Quod hi essent increduli,
Corpus movere nequeunt,
Donec ad fidem redeunt. |
| 2. Tempus acceptum rediit,
Quo Dympna coelum petiit,
Dei conjuncta filio
Signorum teste radio. | 5. In quo vitae spes aberat
Submersusque perierat,
Corpus surgit inanime,
Cessant parentum lacrimae. |
| 3. Flos vivit in virtutibus,
Dum vinctos in compedibus
Sua virtute liberans
Educat claustra reserans. | 6. Cum genitore genitus
Per tantae matris merita
Sancti virtute spiritus
Relaxet nostra debita. |

Antiph. ms. Gelense saec. 15. add. saec. 15/16. — 6, 2 tantae martyris.

275. De sancto Elia.

1. Festa sacrata voce laetabunda
Concio nostra celebret devota,
Qua die coelum tendit ad Olympum
Sanctus Elias.
2. Qui tribus annis coelum verbo clausit,
Ne daret imbrem, pluviam vel rorem,
Ut Jezabelis impii furoris
Ferret decretum,

3. Achab iniqui regis Israelis,
Qui Deum verum deserens adhaesit
Idolis vanis zelo conjugali
Ritu nefando.
4. Hujus propheta fugiens furorem
Placuit coelo, bibit de torrente,
Quem mane pavit vespereque pane
Assecla corvus.
5. Inde recedens abit in Sareptam,
Rustica ligna legebat mulier,
Unicum cujus natum ab inferna
Sede revexit.
6. Post hoc egressus ad torrentem Cison,
Baal sacerdotes mactat universos,
Ore resolvit coelos, terrae madent
Imbre salubri.
7. Inter prophetas atque patriarchas
Furias mortis superat Elias,
Vescitur vivens ligno paradisi
Deliciarum.
8. Ungit haeredem Elisaeum pro se,
Cum quo Jordane superato fatur,
Sese venturum contra Leviathan
Socio Henoch.
9. Dum alter vatium insistit loquelis,
Ab alto currus labitur igneus,
Rapit Eliam vectus super alta
Penna ventorum.
10. In majestate gratia divina
Moyses sanctus sacer et Elias,
Fulgore solis ambo radiantes,
Christum adorant.
11. Sancti Eliae precibus placatus
Nos expiatus labe delictorum,
Christe redemptor, praesta pro meritis
Regnum polorum.

Brev. ms. Albense saec. 15. Cod. Lambacen. LXXXIX. — 1, 2 devote. — 2, 3 Ubi zebelis impii furorem. — 2, 4 Fert decretum. — 3, 1 O quam ab inquit regis. — 3, 4 Ritum. — 4, 2 Placuit de coelo. — 4, 4 A secla thronus. — 5, 2 Nustica lingua. — 6, 2 fehlen vier oder fünf Silben, jenachdem Baal ein oder zweisilbig genommen; ergänze sacerdotes, prophetas, ministros? — 8, 1 haeredem Helias pro se. — 8, 2 Cum fehlt. — 9, 1 Cum hic alter vatium instit. — 9, 2 laborat igneus. — 10, 2 sacerdos et Elias.

276. De sancto Eligio.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Domino laude sedula
Praesentis vox collegii
Fidem, vitam, miracula
Sancti pangat Eligii.</p> <p>2. Verbo virtutis sanguine
Lemovicis emicuit,
Latens sub fabri nomine
Late lucerna claruit.</p> <p>3. Dum sic fulsit Eligius,
Regis sibi Lotharii
Plenam favor in gratiam
Provexit aurificii.</p> <p>4. Artis in exercitio
Fabrum contemplans omnium,
Quaestus fabrilis pretio
Famem pavit egentium.</p> | <p>5. Pius, justus et sobrius
Totum se Deo contulit,
Cui verbi Dei nuntius
Documenta sic intulit:</p> <p>6. Eligi, preces superat
Misericordis largitio,
A timore te liberat
Poenae culpae remissio.</p> <p>7. Mox exitus recoluit
Ex diffusa fragrantia,
Quod votum obtinuit
Et fructum poenitentia.</p> <p>8. Nos ergo sic aedificet
Exemplum poenitentiae,
Ut spem nostram certificet
Fructus aeternae gloriae.</p> |
|--|--|

9. Deo patri sit gloria.

Liber confrat. Aurifabrorum Ratisbonen. saec. 15. Hs. des Histor. Vereins für Oberpfalz und Regensburg. — „Scripsi Johannes in Wacia 1423.“ — „Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto Henricus Giesperger comparavit hunc librum ad honorem beati Eligii episcopi, scriptum in Wacia per Johannem felicis memoriae, illuminatorem episcopi Waciensis.“ — 4, 4 degentium. — 5, 4 Documenti. — 7, 3 fehlt eine Silbe; lies Quia oder ergänze jam?

277. De sancta Elisabeth.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Insigne sidus claruit
Elisabeth, quae respuit
Mundi pompas pro Domino
Sacro fulta evangelio.</p> <p>2. Vitam elegit pauperem,
Immo se reddens humilem
Expendit large praedia
Dans egenis necessaria.</p> <p>3. Attrectabat obsequiis
Leprosos quoque debiles,
Pupillis atque orphanis
Toto affectu deserviens.</p> <p>4. Non cessabat intuitu
Contemplari pervigili
Sponsum hic in miseria,
Quem patris cernit in gloria.</p> | <p>5. Ad tumbam testimonia
Sanctitatis indicia
Crebro per mundi climata
Christus revelavit plurima.</p> <p>6. Visum caeci recipiunt,
Claudi salvi exsiliunt,
Spiritus mersis mortuis
Revocatur ejus meritis.</p> <p>7. Precamur, regis filia,
Ut per tua suffragia
Tecum post transitoria
Christi fruamur praesentia.</p> <p>8. Deo patri sit gloria
Ejusque soli filio
Cum spiritu paraclito
Et nunc et in perpetuum.</p> |
|---|--|

Psalt. ms. S. Aegidii Brunswicen. saec. 15. Cod. Gotingen. Theol. 219. — 2, 2 In miro se reddens. — 2, 4 egenis necessita. — 5, 2 judicia. — Jede vierte Zeile hat (mit Ausnahme von 8, 4) eine Silbe mehr.

278. De sancta Elisabeth.

1. Exsultet júbilo curia caeli,
Felix Elisabeth pondere carnis
Gaudens hanc adiit exonerata.
2. Mundi tēpsit opes et genus altum,
Ut dives fieret et generosa
Coram patre suo cuncta regente.
3. Non frustrata spei satur opimae,
Cum glebam decorent corporis almi
Virtutum varie sidera clara.
4. Cujus membra fluunt flumen olivi,
Quod cum latificet quosque fideles,
Tristat perfidiam schismatis atri.
5. Ipsius meritis propitiare
Nobis, Christe Jesu, ne mala damnent
Mundi vita reos, sed bona salvet.
6. Trino doxa Deo perpes et uni,
Qui gratis tribuens optima quaeque,
In sanctis propria dona coronat.

Hymn. ms. Lignitiense saec. 15. Cod. Wratislaviē. I O 96. A. —
Hymn. ms. Lignitiense saec. 15/16. Cod. Wratislaviē. I O 114. B. — 1, 3
haec adiit A. — 2, 1 contempsit AB. — 2, 3 regentem B. — 4, 1 Ejus B;
olyvum A. — 4, 3 acri AB.

279. De sancta Elisabeth.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Exsulta, Sion superna,
Christus sanctam hodierna
Die vexit ad aeterna
Elisabeth palatia. 2. Lampas haec est et lucerna,
Nobis lucens in cisterna
Noctis hujus et interna
Mundans divina gratia. 3. Ista felix est beata
Ungarorum regis nata,
Regis regum desponsata
Jam conregnat in gloria. 4. Zelo Christi inflammata,
Mundi pompam aspernata,
Nobis est exemplum data,
Quod dignum est memoria. | <ol style="list-style-type: none"> 5. Audi nos, o gratiosa,
Mater nostra generosa,
Paradisi flagrans rosa,
Christi adornans atria. 6. Botrus Cypri dulcorosa,
Salva nos, ne procellosa
Stygis in inluminosa
Leti locemur patria. 7. Egrotarum salubritas,
Egenorum saturitas,
Vitae clarescit sanctitas
Et divina benignitas. 8. Te, summa Deus trinitas,
Nostra canit humilitas,
Quibus coelestis civitas
Sit perennis haereditas. |
|---|---|

Diurn. ms. Hildeshemense saec. 15. Cod. Guelfenbyteran. H 621. A. —
Diurn. ms. Steterburgense saec. 15. Cod. Guelfenbyteran. H 1400. B. —
Nach Str. 5 Divisio B. — 6, 3 Stiges illuminosa A; Stige sed illuminosa B.

280. De sancta Elisabeth.

1. Elisabeth collaudemus
Virtutum insignia,
Oris ei praesentemus
Devote obsequia,
Ut spe recta respiremus
Per ejus suffragia.
2. Stirpe regum procreata
In terra nobilium,
Christum regem imitata,
Conditorem omnium,
Choris est associata
Supernorum civium.
3. Pubertatis ducens annum
Sanctae manet indolis,
Sponsum accepit tyrannum,
Quem virtutum in scholis
Mitem facit velut agnum,
Jungit coeli incolis.
4. Haec insignis et beata
Pauperum nutricia,
Fastu mundi non elata
Nec parentum gloria,
In se carnis trucidata
Crucifixit vitia.
5. Aquam eam dum rogavit
Hostis innocentiae,
Potum lacte perforavit
Clavo poenitentiae
Et sic sese liberavit
Virtus patientiae.
6. Tandem viro destituta
Munda mundum exiit,
Christum mente jam induta
Saccum carni consuit
Et in tempus haec statuta
Sic lampas emicuit.
7. Veras censu paupertatis
Redimens divitias
De thesauro pietatis
Fudit auri copias
Et multorum egestatis
Supplevit inopias.
8. Fecit opus fuso cibi
Quaerens alimoniam
Et vilescens ipsa sibi
Quaerit ignominiam,
Sciens soli, Christe, tibi
Recti dari gloriam.
9. Huic ergo laudes demus
Et preces humiliter
Et adjuti emendemus,
Quod patramus jugiter,
Ut per eam conregnemus
Christo aeternaliter.

Henrici Bebelii Liber hymnorum imp. s. l. et a. (1501). — Von Str. 4 bis 8 verläuft der Hymnus identisch mit Mone III Nr. 905, Str. 5 ff.

281. De sancto Eliseo.

In Vesperis.

1. Ut lingua carnis digne possit promere
Et viri Dei mores plene dicere,
Mentes obscuras tuo tange lumine,
Christe, redemptor ac salvator optime.
2. Prophetae dies celebratur hodie,
Quo Eliseus, divo plenus munere
Et in sublimi collocatus culmine,
Nostrae supplici traditur memoriae.

3. Hic Elisaeus virgo plene permanens,
Coeli beatis coaequatur angelis,
Qui pravos carnis motus novit premere
Et mentem puram Christo scivit gerere.
4. Hic vir exemplum dedit mendicantibus,
Prophetam magnum dum Eliam sequitur
Relicto patre atque mundi sentibus,
Associari optans coeli civibus.
5. Regulam hic vir dedit praesidentibus,
Ne Dei dona venderent muneribus,
Naaman Syrum dum mundavit plenius
A lepra ejus recusatis opibus.
6. Uni trinoque Domino sit gloria,
Honor, potestas atque jubilatio,
Qui Elisaei viri sancti merita
Late declarat omnia per saecula.

Brev. ms. Carmeli Bambergen. anni 1464. Cod. Bambergen. Ed VII 36. A. — Brev. ms. Carmeli Bambergen. anni 1467. Cod. Bambergen Ed VII 25. B. — Psalt ms. Carmeli Heilbronnen. saec. 15. Cod. Stuttgartien. 1b 95 (Fol.) C. — Diurn. ms. Carmelitarum saec. 15. Cod. Avenionen. 63. D. — Brev. Carmelitarum imp. Venetiis 1515. E. — Brev. Carmelitarum imp. Venetiis 1579. F. — 1, 2 plene possit dicere A. — 2, 2 divino plenus DEF. — 3, 1 Hic fehlt. E; Porro Elisaeus F. — 3, 2 Coelis beatis A; Beatis coeli EF. — 3, 3 carnis fehlt A; scivit premere F. — 3, 4 vovit gerere F. — Str. 5 fehlt F.

282. De sancto Elisaeo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Congratuletur curia
Coelestium spirituum,
Et omnis terra jubilet
De Elisaei gloria,</p> | <p>4. Naaman Syri nobilis
Sanavit leprae vulnera,
Oblata cujus divitis
Omnino sprevit munera.</p> |
| <p>2. Carmelitarum principis,
Prophetae, quem instituit
Magnus Elias Tesbites
Nutu divini numinis.</p> | <p>5. Hic mulieris viduae
Compatiens inopiae
Multiplicavit oleum,
Ut debita persolveret.</p> |
| <p>3. Hic in infernum potuit,
In hac vita dum viveret,
Cum inde tulit animam
Et corpori restituit.</p> | <p>6. Functum cujus corpusculum
Et sepulturae traditum
Solo tactu veraciter
Mox suscitavit mortuum.</p> |
| <p>7. Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria,
Qui Elisaei precibus
Perducat nos ad supera.</p> | |

Brev. ms. Carmeli Bambergen. anni 1464. Cod. Bambergen. Ed VII 36. A. — Brev. ms. Carmeli Bambergen. anni 1476. Cod. Bambergen. Ed VII 25. B. — Psalt. ms. Carmeli Heilbronnen. saec. 15. Cod. Stuttgartien. 1b 95 (Fol.) C. — Diurn. ms. Carmelitarum saec. 15. Cod. Avenionem 63. D. — Brev. ms. Carmelitarum imp. Venetiis 1515. E. — Brev. Carmelitarum imp. Venetiis 1579. F. — 3, 1 in infirmum D. — 6, 1 Finitum ejus F. — 7, 4 Nos ducit ad supera D.

283. De sancto Elisaeo.

In 1. Vesperis.

1. Ut possint claris commendare sonis
Mira gestorum famuli tuorum,
Supple conatus intimi fervorem,
O Elisae.
2. Tu regis summi gratia praeventus,
Sanctorum patrum magister futurus,
Vestis attactu subito mutatus,
Pares Eliae.
3. Ille praecursor judicis superni
Flammeo cursu transiit evectus,
Tu quoque patris pallium reportans
Loco succedis.
4. Aquae Jordanis dividis fluenta,
Colligis gregem cellulis dispersum,
His, pater sancte, meritis et ritu
Praesides almo.
5. Antra deserti penetrans affectu
Saeculi fastum opere declinas,
Merita celsa praeditum te monstrant
Spiritu bino.
6. O nimis felix doctor ac propheta,
Mentis incultae diligens arator,
Vitae lucerna, regula virtutum,
Medice mortis!
7. Suscipe, pius, vota filiorum,
Ordinem sacrum protege benignus,
Quem suo sancto titulo decorat
Virgo Maria.
8. Laudibus cives celebrant Carmeli
Te Deum unum pariterque trinum,
Supplici mente veniam precamur,
Parce devotis.

Brev. ms. Carmelit. anni 1489. Cod. Coll. S. Trinitatis Dublinen. B 3. 10. A. — Brev. ms. Carmelit. Jerosolym. saec. 15. Cod. Parmen. Palat. 187. B. — Brev. ms. S. Sepulchri saec. 15. Cod. Parmen. Palat. 215. C. — 1, 1 possit B. — 3, 2 transiit enector A. — 3, 4 Locus A. — 4, 1 dividens BC. — 5, 2 declinans BC. — 5, 3 praedictum AB; te fehlt B; monstrat B. — 6, 1 ducto B; ductor C. — 7, 3 decoratur B. — 8, 2 Deum vivum B. — 8, 4 Per te devotus B.

284. De sancto Elisaeo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Orbis quadrata machina
Concelebrat militias
Sanctorum, quorum merita
Divas mercantur laureas.</p> <p>2. Patriarcharum praevius
Commendatur exercitus
Et prophetarum posterus
Autorizatur cuneus.</p> <p>3. Eliam tollunt aethera
Paradiso reconditum,
Elisaeus post funera
Vitae restaurat mortuum.</p> | <p>4. Pater Elias superest
Praeco venturi judicis,
Nec Helisaeus impar est
Dono virtutis duplicis.</p> <p>5. Eremita cultor claruit,
Quo floruit religio,
His patribus invaluit
Carmelitarum concio.</p> <p>6. Sit Christo summo gloria
Cum matre sua virgine,
Nobis accrescat gratia
Procedens ab origine.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Carmelit. Hibern. anni 1489. Cod. Coll. S. Trinitatis Dublinen. B 3. 10. A. — Brev. ms. Carmelit. Jerosolym. saec. 15. Cod. Parmen. Palat. 187. B. — Brev. ms. S. Sepulchri saec. 15. Cod. Parmen. Palat. 215. C. — 1, 2 Concelebrant B. — 2, 4 Auctorizantum timens B. — 4, 3 Elisaeus nuper est B. — 5, 2 In quo floruit B.

285. De sancto Emmerano.

1. Christe, cui justos hominum favores
Caritas cum spe fideique lege
Dedicat, festo patris Emmerami
Suscipe laetos.
2. Patrios qui dum fugit incolatus
Et sacerdotum celebres honores,
Certius multo gerit ex labore
Pontificatum.
3. Noricas gentes peperit saluti,
Nutrit et signis reficitque verbis,
Donec expensum Domini talentum
Centuplicavit.
4. Hic pio fratrem redimens cruore,
Caesus et membris numerat triumphos,
Tot modis victor, vicibus quot artus
Lictor ademit.

5. Spiritus cujus jubilans in astris
Sit suis magnus famulis patronus
Et Ratisponam tueatur, almi
Corporis urbem.
6. Gloriam patri resonemus omnes
Ejus et nato jubilemus apte,
Cum quibus regnat simul et creator
Spiritus almus.

Brev. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14600. A. — Diurn.
ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14664 B. — Brev. monast.
S. Emmerami imp. 1571. C. — Cfr. Acta SS. Sept. VI p. 512. — Der
Hymnus ist von Arnold von Vohburg (saec. XI. in.).

286. De ss. Euphemia, Dorothea, Thecla et Erasma.

1. Paterni splendor luminis,
Sanctorum spes et gloria,
Jesu, redemptor hominis,
Exsultet Aquilegia.
2. Quam decorasti virginum
Flore sub quaternario
Benedicente Dominum
Ore, corde, martyrio.
3. Sunt hi flores Euphemia,
Dorothea cum Erasma,
Thecla quoque, stella dia,
Templum Dei atque plasma.
4. Puellae natu nobiles
Nobiliiores istae sunt,
Quod fide prima stabiles
Coelesti sponso junctae sunt.
5. Quarum te, Christe, meritis
Precamur voto supplici,
Nos liberati debitis
Laetari stola duplici.
6. Sit ergo patri gloria,
Sit ejus unigenito,
Qui tanta praestat gaudia
Cum spiritu paraclito.

Brev. Aquilejense imp. Venetiis 1481. — 3, 4 atque ergänzt.

287. De sancto Evergislo.

1. Hymnizando, fideles, plaudite laudes
Evergisli meritis, pii praesulis,
Quem pietas Christi delegit sibi.
2. Is dum vixit, vita studuit mira,
Spernebat saeculum, sitiens caelum,
Hac militans pugna caruit culpa.
3. Hic claruit signis laude condignis,
Surdatis auditum, orbatis visum,
Restituit linguis fari privatis.
4. Paralysi laesos, daemone fessos,
Ferro vinculosos fecit illaesos
Et virtutum scala scandit ad alta.

5. Hujus ergo pias pulsemus aures,
Mentis et corporis ut prosit morbis,
Orans propitium pro nobis Christum.
6. Trinae unitati sorte compari
Sit laus, honor, decus, gloria, virtus
Et nunc et per omnia saeculorum saecula.

Brev. ms. S. Caeciliae Colonien. saec. 16. Cod. Darmstadien. 2656. —
6, 3 saeculorum saecula.

288. De sancto Faustino.

Ad Vesperas.

1. Diem hunc festum reddit ac celebrem
Celsi Faustini heroica virtus,
Quo solvitur carne, locatur aethere
Per te, rex Christe.
2. Adolens aetas, luxui proclivis,
Christum induta inhiat virtuti,
Effert Faustinum apicibus summis,
O lux beata.
3. Faustine fauste, te reddunt celebrem
Opus et nomen universo orbi,
Tenam et salem prae te fers et lucem
Vita sanctorum.
4. Tuis magister apicibus summis
Praedicas cunctis sacras Christi leges,
Flamens in auctorem, flammis, crate ardens,
Es novum sidus.
5. Pacem ferebas gladio accinctus
Verbi et adis pacem ense ictus,
Perpetim cum palma Laurentio complex
Aurea luce.
6. Pomeranorum natio devota
Tibi nunc laetas, pastor, laudes solvit,
Quam tu perillustras fulgido corpore
Pio ex more.
7. Gadibus hujus adime tu cladem,
Pestem ac famem, bona cuncta confer,
Clerum quoque, pater, redde dignum semper
Ad coenam agni.

8. Gloria patri genitaeque proli,
Numini sancto, quo sacraur martyr,
Pontifex ungitur Faustinus, qui oret
Pro nobis, Christe.

Diurn. Caminense imp. Lipsiae 1519. A. — Brev. Caminense imp. Basileac. 1521. B. — 4, 4 Ens novum B. — 5, 2 Verbi et adijs B. — 5, 3 Perpetem B. — 7, 1 Gladibus A. — 7, 3 dignum redde B.

289. De sancto Feliciano.

- | | |
|---|---|
| 1. Hymnizemus canoribus
Ad praesens dulcioribus,
Feliciani gloriam
Promentes et victoriam. | 5. Deorum hic sed cultibus
Et regiis tumultibus
Insultans cultum Domini
Plus suasit cuivis homini. |
| 2. Qui post baptismi gratiam
Per omnem efficaciam
Divinis exercitiis
Vacabat et officiis. | 6. Ob hoc tormentis quatitur,
Inde Romam aggreditur,
Iterque vinctus faciens
Defecit mortem patiens. |
| 3. Aeterni sata germinis
In multis spargens terminis
Extirpavit daemona,
Christi docens praeconia. | 7. Ejus solemnii gaudio
Congratulamur merito
Propter sui praesentiam
Praedignamque clementiam. |
| 4. Cui Decius furoribus
Accensus acrioribus
Decrevit per sententiam,
Diis dari reverentiam. | 8. Ergo pari consilio
Deum patrem cum filio,
Sancto simul cum pneumate
Laudemus pio neumate. |

Antiph. ms. Hamelense saec. 15. Cod. Hanoveran. I 101 a. A. — Brev. Mindense imp. s. l. 1515. B. — 3, 2 Qui multis spergens B. — 5, 3 Sacrum Domini B. — 5, 4 hominum B.

290. De sancta Felicitate.

- | | |
|---|---|
| 1. Septena fratrum passio
Coelos decorat gaudio,
Mundus resultat laudibus,
Nos consonemus vocibus. | 4. Avete, clari martyres
Fortesque Christi milites,
Per haec agonis proelia
Aeterna nacti praemia. |
| 2. Plumbata fustigatio,
Carcerque decollatio,
Multae poenae principum
Non corda flectunt martyrum. | 5. Huic nos placere poscite,
Nociva quaeque pellite,
Rogate pacem temporum
Et sanitatem corporum. |
| 3. Tersis vicissim fletibus
In gaudiis coelestibus
Multa beatitudine
Regem videtis gloriae. | 6. Praesta, pater piissime
Et nate clementissime
Sanctumque pneuma, trinitas
Et una par divinitas. |

Brev. Hallense imp. Lipsiae 1534. — 2, 3 Lies Multaeque?

291. De sancta Felicitate.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Gaude, mater et virgo,
sponsa Christi ecclesia,
Sexaginta fortes armis,
fide, verbo et opere
Salomonis veri lectum
cingunt bysso candidum. | 4. Felix mater felicem
filiorum sobolem,
Instructam militaris
triumphi insignibus,
Victori duce septenas,
immolavit hostias. |
| 2. Qui cruore purpurati,
pudore candidati,
Nuptiarum agni coenam
compleverunt pariter,
Favum mellis commiscentes,
vinum cum lacte bibentes. | 5. Luminaria septena,
igne sacro splendida,
Singuli stolis albis
induti cum superis,
Incolarum hujus mundi
mementote benigni. |
| 3. Isti sunt triumphatores
virtute mirabiles,
Qui David manu fortis
insigniti titulis
Prostraverunt Philistaeos,
legis hostes invidos. | 6. Nunc quapropter supplicantes
illis preces fundimus,
Ut dignentur nobis Christum
facere propitium,
Quem amarunt, cum quo regnant
nunc et in perpetuum. |

Propr. ms. Uttenpurensis saec. 16. post Brev. Casinense imp. Venetiis
1568. (Bibl. S. Stephani Augustani.)

292. De sancta Felicitate.

Ad Nocturnum.

1. Arbitrator mundi superumque rector,
 Da piam matrem celebrare cantu,
 Cum suis gnatis nimium feroci
 Morte peremptam.
2. Quantus, o mater sobolesque sacra,
 Ardor aeternae patriae tenendae
 Ussit, ut saevo lanianda ferro
 Corpora dedas!
3. Vinciunt, vexant, feriunt et artis
 Vinculis terrent, placidis tyranni
 Vocibus frustra superare tentant
 Pectora fratrum.
4. Ast adest mater juvenum, virili
 Mente, constanti stimulare voce
 Pergit et vitae peritura suadet
 Rumpere vincla.

5. Et quibus vitam dedit ante partu,
Nunc eam rursus pia mater aufert,
Voce dum laeta monet astra coeli
Morte petenda.
6. Plumbeis Primus misere necatur,
Fustibus Felix cadit et Philippus,
Rupe Silvanus, reliqui reportant
Ense triumphum.
7. Ergo ades nostris, sacra turba, votis,
Rebus ut laetis mala nulla spirent,
Et fores tandem reseret supernae
Claviger aulae.
8. Praestet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati pariterque sancti
Spiritus, cujus reboat in omni
Gloria mundo.

Propr. ms. Uttenpurensae saec. 16. post Brev. Casinense imp. Venetiis 1568.

293. De sancta Felicitate.

Ad Laudes.

1. Salvete, sancti martyres.
Aeterni regis milites,
Cum angelorum coetibus
Nos ferte in coelestibus.
2. Agnum Dei sequimini,
Fratres gloriosissimi,
Cujus lavistis sanguine
Vestros stolas certamine.
3. Natalis vestri gratia
Toti sunt orbi gaudia,
Votis et hymnis gratulans,
Quae servat Christianitas.
4. Et jure nos plus omnibus
Laetamur hic festivius,
Alexandri qui martyr
Thesaurum habemus corporis.
5. Nos vestra intercessio
Coelorum commendet Deo,
Fruamur ut coelestibus
Exempti de mortalibus.
6. Hinc jam submissis vocibus
Laudes ferendo pangimus:
Sit trinitati gloria
Per infinita saecula.

Propr. ms. Uttenpurensae saec. 16. post Brev. Casinense imp. Venetiis 1568.

294. De sancta Fide.

1. Virgo, flos virginum, Fides, sanctarum,
Mercans consortium passa piorum,
Sponso prompta locum intrat sapientum.
2. Gaudet laetitia lux hodierna,
Mundi per climata signis ornata,
Poscunt plebis vota justis profutura.

3. Perpes sponsa Christi hujus, exaudi
Pondus quos proprii premit delicti,
Fae, ut sint soluti laudentque redempti.
4. Sit laus Deo patri, patris et proli
Sanctoque spiritui, compar in omni
Potestate Dei per tempora saeculi.

Hymn. ms. Sangallensis saec. 12. Cod. Sangallen. 18.

295. De sancto Findano.

1. Sol ille verus, qui Deus omnia
Circumdat atque vi penetrat sua
Ad usque finem occidui maris,
Laudetur usque aetheris ultima.
2. Quo comprimente saeva pericula
Actus per orbis quaelibet avia,
Findane, nostros advena terminos
Tandem subisti hoc duce praevio.
3. Tu praeda monstris factus aquaticis
Jonae videntis more prophético,
Vitae levamen inde receperas,
Discrimen unde credere poteras.
4. Te barbarorum turba piratica
Pacis ferentem mutua nuntia,
In servitutem detinuit dolo,
Judas ut herum tradidit osculo.
5. Orbis redemptor te dedit obsidem
Pro liberandis nunc ovibus suis,
Qui pro salute mortuus omnium
Suo parente se semel obtulit.
6. Ergo sit uni laus et honor Deo,
Regi polorum, perpetuo patri,
Cui compar exstat filius unicus
Et pneuma sacrum saecula per omnia.

Hymn. ms. Campidunensis (?) saec. 11. in. Cod. Turicen. Rhenov. add. saec. 12. 83. A. — Brev. ms. Monasticum Gallicum saec. 12/13. Cod. Turicen. Rhenov. 110. add. saec. 15. B. — Psalt ms. Rhenoviense anni 1495. Cod. Turicen. Rhenov. 21. C. — Brev. ms. Rhenoviense saec. 15. Cod. Eremiten. 761. D. — Brev. ms. Rhenoviense saec. 15. Cod. Eremiten. 762. E. — Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 84. F. — Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 758. G. — 1, 1 quo Deus B. — 2, 1 Quo premente B; sua pericula F. — 2, 2 a via. B — 4, 2 ferentem munera B. — 5, 1 Urbis B. — 6, 1 honor regi B. — 6, 2 Regi populorum A, Deo polorum B. — Aus A bei Werner, l. c. Nr. CLXXIV.

296. De sancto Findano.

Ad Laudes.

1. Laetetur omnis hac die
Devota plebs ecclesiae
Odas Deo laudis novae
Flagrante persolvens fide.
2. Findanus, exsul saeculi,
Concivis effectus poli,
Adeptus est perennia
Sui laboris praemia.
3. Cui noctis hujus invia
Cum singularis se fera
Inferre morsum credidit,
In se relisum pertulit.
4. Vis et latronum turbida
Per vastitatis devia
Insidiarum retia
Mortisque struxit spicula.
5. Mucrone sed verbi Dei
Armatus hic ancipiti,
Tectus salutis casside
Sufficit hostem sternere.
6. Cujus triumpho nobili
Congratulantes, socii,
Hinc conditori sedulas
Deo feramus gratias.
7. Summus parens in unico
Sit benedictus filio,
Laus et tibi, paraclite,
In sempiterno tempore.

Hymn. ms. Campidunensis (?) saec. 11. in. Cod. Turicen. Rhenov. 83. add. saec. 12. A. — Hymn. ms. Rhenovien. anni 1459. saec. 15. Cod. Turicen. Rhenov. 21. B. — Brev. ms. Rhenoviense saec. 15. Cod. Eremiten. 761. C. — Brev. ms. Rhenoviense saec. 15. Cod. Eremiten. 762. D. — Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 84. E. — Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 758. F. — Cfr. Werner l. c. CLXXV.

297. De sancto Frigidiano.

1. O germen Jesse virgula,
Digne hymnorum vocibus,
Qui Frigidianum praesulem
Dedisti lucem civibus.
2. Canamus laetis vocibus,
Quae plebi zelans gloriam
Iste regis progenitus
Peregerit in Tuscia.
3. Hic lapidem in humeris
Cum clericis imposuit,
Quem nulla ars artificis
Unquam movere potuit.
4. Vaccarum par indomitum
Ad plaustrum jussit jungere,
Et lapidem impositum
Coeperunt recte trahere.
5. Lucense quondam temporum
Multos cum satis hominum,
Sed flumen ruris diluens
Ad maris traxit barathrum.
6. Quod sacer hic considerans,
Parvum accepit rastulum,
Orato Jesu lacrimans
Flumen duxit innoxium.
7. Signa hic egit plurima,
Construxit multa limina,
Semper instabat coelitus
Assiduus vigiliis.
8. Hic prudens, mitis, sobrius,
Sancta dum finit opera,
Cum meritorum fructibus
Ad coeli scandit sidera.

- | | |
|---|--|
| <p>9. Hoc tua da canentibus
 Canonicorum coetui,
 Tu eos fove precibus
 Coelique bonis perfrui.</p> | <p>10. Sit patri laus ingenito,
 Honorque nato sit laudis
 Simulque sit paraclito
 In saeculorum saeculis.</p> |
|---|--|

Diurn. ms. S. Frigidiani Lucen. saec. 15/16. Cod. S. Frigidiani s. n. — 5, 1 sq. verdorben? — 6, 1 consideras. — 10, 1 laus Domino. — 10, 2 fehlt eine Silbe; que ergänzt. — Zu diesem Hymnus gehörte ein Reimofficium mit dem Anfange ad Magnificat:

Grata proles regis Ultoniae
 Spreta mundi pompa militiae
 Ad Romanae lumen ecclesiae
 Pergit nitens corporis specie.

Es sind aber von demselben nur sieben Antiphonen vorhanden.

298. De sancto Gabriele.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Veneremur Gabrielem
 Vespertino tempore,
 Instruentem Daniele
 Reserato pectore,
 Occidendumque fidelem
 Christum dicit corpore.</p> | <p>4. In somniis, ne timeret
 Virginem traducere,
 Joseph monet, ut teneret,
 Quod oportet credere
 Deo plenam, quam videret
 Mox Mariam parere.</p> |
| <p>2. Zachariae ministranti
 Suae vicis studio
 Hic apparet, corruenti
 Prae timore nimio,
 Non credentem commonenti
 Verbi privat gaudio.</p> | <p>5. Hic adfuit in dolore
 Jesu Christi Domini,
 Sanguineo dum sudore
 Poenam pandit animi,
 Quam confortat cum dulcore
 Deo loquens homini.</p> |
| <p>3. Salutis conditionem
 Nuntius hic attulit,
 Dum Mariae lectionem
 Ave dicens retulit,
 Gratiae repletionem
 In hac esse protulit.</p> | <p>6. Dum surrexit de inferno
 Secum trahens animas
 Christus verus die terno
 Veterum sanctissimas,
 In vestitu hic superno
 Pias monet feminas.</p> |
7. Laus perennis creatori,
 Deo, patri omnium,
 Filioque, redemptori
 Cunctorum fidelium,
 Sancto quoque donatori
 Sit aequale gaudium.

Psalt. ms. Franciscan. Trajeeten. saec. 15. Cod. Hagen. J. 4. — Brev. Romanum imp. Parisiis 1531. B. — 4, 1 In somnis B. — 5, 5 Lies Quem? — 6, 1 Cum B. — Mel: Pange lingua.

299. De sancto Gabriele.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Gaudeamus gratulantes
Gabrieli nuntio,
Hymnos demus concinentes
Alacri commercio,
Trinum Deum venerantes
Concordi consilio. | 4. Incarnandi verbi Dei
Reserat mysterium,
Non hoc esse viri rei
Profert ministerium,
Sed spiritus almi Dei
Summum magisterium. |
| 2. Ab excelsis jam descendit
Dictus fortis robore,
Se Mariae nunc ostendit
In assumpto corpore,
Ave dicens genu pendit
Summo fulgens decore. | 5. Quod promittit, asseverat
Miro testimonio,
Sterilem, quae nuper erat,
Impregnatam filio
Testem ducit, ut hanc quaerat
Virgo ducta studio. |
| 3. Stupefactam consolatur
Dulci fans eloquio,
Super omnes protestatur
Gratiarum fluvio
Plenam esse, veneratur
Benedictam filio. | 6. Uni summae trinitati
Decus et imperium,
Gabrielis claritati
Sit perenne gaudium,
Quo captemus verbi sati
Supernale praemium. |

Psalt. ms. Francisc. Trajecten. saec. 15. Cod. Hagen. J. 4. — Brev. Romanum imp. Parisiis 1531. B. — 5, 4 impraegnari A.

300. De sancto Gabriele.

- | | |
|---|---|
| 1. Urbs Nazareth, flos de flore,
Audi evangelium:
Jesse virga, ros de rore,
Gignit rosa liliū,
Cum Maria miro more
Profert Dei filium. | 4. Post responsum gratum, bonum
Et adventum Domini,
Gaudet Gabriel ad votum
Vale dicens virgini,
Tunc in coelo facit notum,
Angeli, laetamini. |
| 2. Venit Gabriel e coelo
Nuntius altissimi,
Non alatus tectus velo,
Sed vultu placabili,
De sponsi adventu zelo
Nova dicit virgini. | 5. His auditis gaudet multum
Tota coeli curia,
Nam amplius est indultum,
Ut fiat ecclesia,
Per hominem jam assumptum
Et in terra gloria. |
| 3. Audit virgo et miratur,
Gabriel dixit ei:
Ne timeris, nam dignatur
Venire verbum Dei,
Omne, quod vult, operatur,
Inclina cor fidei. | 6. Semper sanctae trinitati
Laus et jubilatio,
Exin verbi incarnati
Detur benedictio,
Nazarenae civitati,
Mariae et nuntio. |

Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Mus. Luciburgen. s. n.

301. De sancto Gabriele.

Ad Vesp. et Laud.

1. Mentibus laetis jubilemus omnes
Plectra tangentes fidibus canoris,
Inclitus quando Gabriel ab alto
Fulget Olympo.
2. Virginis summae paranymphus adest
Hodie nobis, simul angelorum
Plurimis, Christum venerans triumphis
Concio tota.
3. Principis laudes Gabrielis ergo
Concinat noster chorus iste, quando
Unus ex septem trepidando patet
Orbibus illi.
4. Nuntius coeli, mediator idem
Exstat et lumen Gabriel ubique,
Solutus et mundo reserat secreta
Jussa tonantis.
5. Nuntia nobis, Gabriel, precamur,
Pacis aeternae speciale munus,
Quo poli tandem teneamus aulam
Semper ovantes.
6. Praestet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati pariterque sancti
Spiritus, cujus reboat in omni
Gloria mundo.

Brev. Romanum imp. Venetiis (Greg. de Gregoriis) 1521. A. — Brev. S. Benedicti Vallisoletani imp. in Monast. ss. Facundi et Primitivi 1542. B. — Hymn. Franciscan. imp. Salisburgi 1685. C. — 1, 2 Nuntium coeli veneremur alti B. — Str. 2 u. 3 fehlen B. — 3, 2 quando est C. — 3, 3 septem, Domino qui adstant C. — 3, 4 Jussa sequentes C. — 4, 2 Exstat et summus Gabriel B; Exstat a summis Gabriel C. — 4, 3 Laetus et mundo C. — 4, 4 Omnipotentis C. — 6, 3 reboat per omne A. — 6, 4 Tempus ubique A.

302. De sancto Gabriele.

Ad Matutinum.

1. En, noctis medium, surgite propere,
Cantemus Domino jam novo cantica,
Hac hora Gabriel nam fuit omnibus
Vitae nuntius optimus.
2. Hac hora Dominum virginis alveus
Humano generi protulit insuper,
Devictis pariter funditus hostibus
Victor surgit ab inferis.

3. Surgentes igitur mitibus invicem
Oremus precibus coelica numina,
Praesertim Dominum, qui dedit angelum,
Curam qui gerit omnium.
4. Quae virtus hominis promere sufficit,
Quae mundo Gabriel munera couferat?
Sanctas hinc animas visere Dominum
Praesto ducit in aethera.
5. Te princeps igitur inclite quaesumus,
Pro nobis miseris poscito gratiam,
Fac et propitium, qui valet omnia,
Nobis ut veniam afferat.

Brev. Romanum imp. Venetiis 1521.

303. De sancto Gangolpho.

- | | |
|--|--|
| 1. O martyr celse Jangolphe,
Poscentibus adsta pie
Et in arcem aetheream
Oraturos nunc eleva. | 3. O pater dulcis, dignare
Catervulam hanc tueri,
Quo immunis a crimine
Congratuletur ubique. |
| 2. Effulgens signis virtutum
Testis mitis regis veri,
Ipsum implora sedule,
Quo purgenur a scelere. | 4. Deitas una, da nobis
Perpetim adscribi tibi,
Mens erigatur ad astra,
Ne denuo cernat ima. |

Hymn. ms. Benedictin. saec. 13. Cod. Capit. Mediol. s. n. — 3, 3 Quo
inniveo a crimine.

304. De sancto Georgio.

- | | |
|---|---|
| 1. Martyr Christi sanctissime,
Miles excellentissime,
Georgi praeclarissime,
Precata nostra suscipe. | 2. Qui tyrannum devicisti,
Dacianum subegisti,
Nos praecepta decalogi
Servare fac, o Georgi. |
| 3. Summo patri et filio
Cum spiritu paraclito
Sit laus, decus et gloria
Per infinita saecula. | |

Brev. ms. Fredeslariense saec. 15. Cod. Casselan. Theol. IV 30.

305. De sancto Gereone et Sociis.

1. Laeta martyribus mente canamus
Thebeis proprium dulciter hymnum,
Quorum terrigenis festa revexit
Solis vinicoqui splendidus axis.

2. Nunc vites avidis musta colonis
Exsudant ebria, sed pia nobis
In Christo solida vite rubentes
Hi dant melliflui gaudia botri.
3. Diri quos rabies saeva tyranni
Discerpsit lacerans Maximiani,
Fido bis decimis dente resectis
Prelo nectareas subdidit uvas.
4. Hinc musti scaturit dulce fluentum,
Quo nos ut recrees, strenue princeps
Et dux militiae sancte, precamur,
Mauriti, miseros labe gravatos.
5. Nunc felix legio strenua, mortis
Victrix, purpureo tincta cruore,
Nobis supplicibus flecte minantem
Nostris flagitiis iudicis iram.
6. Sit laus digna patri, summa potestas
Sit Christo genito, sit quoque sancto
Virtus spiritui, qui Deus unus
Regnat perpetuo cuncta gubernans.

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90.

306. De sancto Gerlaco.

- | | |
|---|--|
| 1. Vespertinam qui ad horam
Venit bene purgans moram
Obtinuit denarium,
Aestus diurni praemium. | 3. Mundi vanis innodatus,
Tandem totum Deo datus
Convertit desiderium
In amorem coelestium. |
| 2. Ita qui vicit lasciva
Poenitentiae laxiva,
Sanctus Gerlacus vilium
Lavit maculas sordium. | 4. Oret ergo nos transire
Dulci voce diem irae
Et mutare exsilium
In coeli domicilium. |
| 5. Praesta, pater omnipotens,
Per Jesum Christum Dominum,
Qui tecum in perpetuum
Regnat per omne saeculum. | |

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 2, 1 qui vixit Hs.

307. De sancta Gertrude.

- | | |
|--|---|
| 1. Mansuescunt antra tyranni
hostis invidi arida,
Surgit dum ad culmen coeli
Gertrudis praefulgida,
Aureola coronata
castitatis gratia. | 2. Sponsum sequens in aethere
pastum inter lilia,
Septum turba virginali,
sprevit matrimonia
Terreni fulciti gemmis
sponsi velut taedia. |
|--|---|

3. Dum a multis precaretur,
hanc sacro velamine
Tonsam mater commendavit
sub fratrum regimine,
Ne levi vitam teneram
macularet fame.
4. Quae dum matre privaretur,
sua domicilia
Pauperum tradit manibus,
se quoque sororibus,
Jejuniis, vigiliis,
vacans lectionibus.
5. Haec dum neci aptaretur,
diem sui exitus
Divino praesciens nutu,
una cum sororibus
Tota nocte persistebat
in orationibus.
6. Ad ipsius bustum Deus
multa mirabilia,
Operatur maestis donans
optata solatia,
Exstant infantis submersi
pia beneficia.
7. Ergo, virgo et patrona,
nos in throno sedenti
Commendato regi coeli
per saecula regnanti,
Ut solutis necis nodis
perfruamur gaudiis.

Brev. ms. Saganense saec. 15/16. Cod. Wratislaviens. I F 448.

308. De sancta Gertrude.

1. Virginis sacrae veneremur omnes
Festa Gertrudis recolendo mira
Gesta virtutum meritis opima
Mente fideli.
2. Copiam laudis tribuunt abunde
Gratiae munus deitatis almae,
Actus et justae famulae beatae,
Ut jubilemus.
3. Ejus ad sacrum veniens sepulchrum
Quisquis afflictus rogans medelam
Mente non ficta redit inde portans
Dona salutis.
4. Membra defuncti pueri resurgunt
Per suos flatus animata rursus
Et sibi sese superasse valde
Obstupuerunt.
5. Depulit febres, solidavit artus,
Vincla dissolvit, reseravit aures,
Reddidit linguas, oculos decorans
Lumine claro.
6. Mentibus nostris vitiis depulsis
Semitam morum precibus reforma,
Ad viam vitae revoca supernae
Barbara corda.

7. Adsit aeternus pater et creator,
Adsit et natus, sapiens redemptor,
Spiritusque adsit pius huic catervae
Vociferanti.

Antiph. ms. saec. 16. Cod. Hafnien. Ny kong. S 8. 3449.

309. De sancta Gertrude.

- | | |
|---|--|
| 1. Gertrudis, arca numinis
Sponsoque juncta virginum,
Da nuptialis pangere
Castos amoris foederis. | 4. Qui vivit in sinu patris
Cinctus perenni gloria,
Amatus ut sponsus tua
Recumbit inter ubera. |
| 2. Quadrima Christo nubilis
In claustra prompte convolas
Spretoque nutricis sinu
Sponsi requiris oscula. | 5. Amore Christum vulneras,
Hic te vicissim vulnerat
Tuoque cordi propria
Inurit alte stigmata. |
| 3. Candentis instar lili
Odore mulces sidera
Et virginali coelitem
Regem decore pertrahis. | 6. O singularis caritas
Et mira commutatio,
Hic corde respirat tuo,
Tu vivis hujus spiritu. |
7. Te, sponse Jesu virginum,
Beata laudent agmina,
Patri, simul paraclito
Par sit per aevum gloria.

Antiph. ms. Geisenfeldense anni 1768. Clm. Monacen. 7352.

310. De sancto Gislano.

Ad Vesperas.

1. Nos afflictos aestu vel pluvia
Sua dies urget malitia,
Tu, spes nostra, confessor inclite,
Redde munus quietis perditae.
2. Hymnos tibi canimus vespere,
Aurem praebens exaudi miseros,
Vinctos educ de inter inferos,
Tuos tecum deduc ad superos.
3. Sol diurnus vergit ad vesperum,
Rogamus te semel et iterum,
Deprecare communem Dominum,
Ut det nobis felicem terminum.
4. Dic, Gislene, verbum intrepidum,
Ut det nobis post mare turbidum
Portum plena quiete placidum,
Fontem boni visere lucidum.

5. Fons est pater, fons patris genitus,
Fons vitalis amborum spiritus,
In quo nostra salus est omnium,
Cui laus sit, honor, imperium.

Ex. Cod. ms. S. Gislени Anal. Bolland. VI. 301.

311. De sancto Gisleno.

Ad Nocturnum.

1. Pulsis longe somni vaporibus,
Pater summe, da vigilantibus
Sic instare nocturnis cantibus,
Ut et corda concordent vocibus.
2. Voces quorum, Gislene, praeveni
Et pro nobis judicem conveni.
Insta, roga, supplex interveni,
Supplicibus dignanter subveni.
3. In aquarum versantes medio
Laboramus gravi diluvio,
Perituri prorsus naufragio,
Si non tua juvet oratio.
4. Ursidondus aquis intumuit,
Cujus tumor non te retinuit,
Carni forte sinum aperuit,
Sed animam coelo inseruit.
5. Ibi lumen diurnum adspicis,
Nostram tamen noctem non despicias,
Soli vacas, in quem et prospicis,
Nec a tua nos cura projicis.
6. Celebremus ergo vigilias,
Demus laeti laudes et gratias,
Sit honoris decus perpetui
Patri, nato, sancto spiritui.

Ex. Cod. S. Gislени Anal. Bolland. VI, 302. — Der Hymnus ist als „ad Nonas“ bezeichnet, was auf einen Lesefehler zurückzuführen sein wird; vgl. 1, 3. — 6, 2 et laudes; et ist zu tilgen.

312. De sancto Gisleno.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Adest dies lucidior,
Spirat aura suavior,
Gratiarum lux rutilat,
Nobis Gislenus vigilat. | 2. Nobis coelum jam penetrat,
Diem venturum impetrat,
Pro nobis adstat iudici,
Juvat prece nos supplici. |
|--|---|

3. Orat, ut nobis hodie
Oriatur lux gratiae,
Pleno cujus meridie
Plena fruamur requie.
4. Patri semper ingenito,
Filio soli genito,
Spiritus paraclito
Sit laus honore debito.

Ex. Cod. S. Gisleni Anal. Bolland. VI, 302.

313. De sancto Gordiano.

1. Sempiternae dominator,
Christe, mundi conditor,
Amans tuo persistentes
in agone milites,
Confortasti Gordianum,
agonistam maximum.
2. Qui praeclara stirpe cretus,
nempe miles aulicus
Atque gerens Juliani
vicem regis impii,
Eminebat praepollenti
dignitate saeculi.
3. Tunc instructus fide tua
per devota pectora,
Parvipendens temporalis
almitatem Caesaris,
Est secutus te coelestem
prompta mente principem.
4. Jam tyranni blandimenta,
saeva spernens verbera,
Et festinans per tormenta
ad coelorum dindima,
Caput suum sicut ovis
pro te dedit jugulis.
5. Conjunxisti cui fortem
Epimachum militem,
Carnificum qui flagella
contemnebat plurima
Et per poenas ad supernam
properabat regiam.
6. Quorum festa celebrantes
te rogamus supplices,
Ut juvamen nos eorum
sentiamus sedulum,
Quos precari non cessamus
submissivis precibus.
7. Hoc concede, pater summe,
patris hoc et unice
Nate dignans condonare,
sancto juncto pneumate
Nunc et semper nobis tuam
dona clemens gratiam.

Brev. ms. Disertinum saec. 12. Cod. Sangallen. 403. add. saec. 12/13.

314. De sancto Gregorio.

1. Sancte Gregori, magni pastor meriti,
Doctor praeclarus, vere Dei famulus,
Sacerdos Dei, pontifex et populi
Urbis Romanae, tanto dignus nomine.
2. Quibus hac vita demonstrasti pabula
Vitae aeternae permansura lumine,
Docens terrena fore transitoria,
Nil in hac vita carnis prosit gloria.

3. Qui meruisti coeli portas ingredi
Et regi Christo adsistere Domino,
Tibi commissum supplicentem populum
Commenda pio creatori Domino.
4. Ut Christianus mereatur populus
In hac mortali semper vita protegi
Et absoluto peccatorum vinculo
Vivat cum patre in aeterna requie.
5. Praestet hoc nobis pater, qui est in coelis,
Cum coaeterno semper sibi filio,
Hoc virtus sancti annuat paracliti,
Trinitas sancta per aeterna saecula.

Brev. ms. Wirceburgense saec. 15. Cod. Vatican. Palat. 518. — 2, 1
Quibus in hac vita Hs. Lies Quis in hac?

315. De sancto Gregorio.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Laetetur orbis quadrus
Piis concertans laudibus,
Adest festum Gregorii,
Pontificis eximii. | 3. Gentem convertit Anglicam
Colentem idolatriam,
Missis praedicatoribus
Adscribens Christi ovibus. |
| 2. Hic sacro fervens studio
Totum se vovit Domino,
Verbis, scriptis et opere
Propagator ecclesiae. | 4. Spiritu sancto didicit
Magistro, quidquid edidit,
Favos destillans mentibus
Nunc sermone nunc cantibus. |
| 5. Sancto sanctorum gloria
Tanti patris memoria
Ab angelis et homine
Dicatur omni tempore. | |

Propr. Boscoducense imp. Antwerpiae s. a.

316. De sancto Gregorio.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Pange, lingua, confessoris
Incliti praeconium,
Melodiam formet oris
Fervens ardor mentium,
Intus corda, lingua foris
Personent Gregorium. | 2. Tamquam Aaron electus
Christi praeest ovibus,
Pastor vigil, zelo rectus,
Sed suavis moribus,
Velut Moyses dilectus
Deo et hominibus. |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| 3. Modulantis harmoniae
Renovans dulcedinem
Et reformans hierarchiae
Subcoelestis ordinem
In se David et Josiae
Pertulit imaginem. | 4. Simul morbis lacescitur
Et bellorum turbine
Perstat fortis, alte situs
In virtutis culmine,
Job et Josue munitus
Bina fortitudine. |
| 5. Tibi summa sit majestas
Gratiarum actio,
Honor, virtus et potestas,
Laus et benedictio,
Quae coelestis regni praestas
Gloriam Gregorio. | |

Brev. ms. Vallumbrosanum saec. 15. in. Cod. Londinen. Burn. 333. A. —
Brev. ms. S. Salvii Florent. saec. 15. Cod. Riccardian. 372. B. — Brev.
ms. S. Trinitatis in Alpibus anni 1455. Cod. Laurentian. Conv. sup. 512.
C. — Brev. Praedicatorum imp. Venetiis 1514. D. — 4, 1 morbo A. — 4, 2
turbidine D. — Ad Nocturnum C.

317. De sancto Gregorio.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Laudis opus ut honori
Serviat opificis
Collaudari te, Gregori,
Decet modis musicis,
Per quem servit conditori
Mundus laudum canticis. | 3. Primo confert te pastori
Fidei constantia,
Paulo sensus, praecursori
Victus parsimonia
Et Joanni seniori
Mentis eminentia. |
| 2. Christi vice tu praelatus,
Sed subsistens humilis,
Christo semper es conatus
Inveniri similis,
Ut praesses Deo gratus,
Mundo venerabilis. | 4. O vas auri, pretiosus
Renitens lapidibus,
Quasi coelum radiosus
Emicans sideribus,
Affer opem gloriosis
Meritum et precibus. |
| 5. Tibi summa sit majestas. | |

Brev. ms. Vallumbrosanum saec. 15. in. Cod. Londinen. Burn. 333.
A. — Brev. ms. S. Salvii Florentini saec. 15. Cod. Riccardian. 372. B. —
Brev. ms. S. Trinitatis in Alpibus anni 1455. Cod. Laurentian. Conv. sup.
512. C. — Brev. Praedicatorum imp. Venetiis 1514. D. — 3, 3 sensus
fehlt A.

318. De sancto Gregorio.

1. Fulget in coelis celebris sacerdos,
Stella doctorum rutilat in astris,
Fidei sacros radios per orbis
Climata spargens.

2. Israelita pius et fidelis
Hac die junctus angelis in alto
Regis superni meruit serenum
Cernere vultum.
3. Cive tam claro, Sion o superna,
Laeta dic laudes Domino salutis,
Jubila, tellus, meritis protecta
Praesulis almi.
4. Hic fidem sacram vigilanter firmat,
Arma errorum subigit potenter,
Maculas morum lavat et repellit
Dogmate claro.
5. O gregis Christi speculator alme,
Norma pastorum, monachorum gemma,
Speculum cleri, pater orphanorum,
Sancte Gregori.
6. Tu Dei nobis faciem placato,
Donet ut nobis veniam reatus,
Dona virtutum ferat et perennis
Gaudia vitae.
7. Gloria patri genitaeque proli
Et tibi, compar utriusque semper
Spiritus alme, Deus unus omni
Tempore saeculi.

Orat. ms. Schonaugiense saec. 12; daraus bei Roth, die Visionen der hl. Elisabeth von Schoenau, Brünn 1884. S. 341 sq. Roth nennt als Verfasser Ecbert von Schönau, was vielleicht richtig, aber nicht über Zweifel erhaben ist.

319. De S. Gregorio et Sociis.

In 1. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none">1. Gaude, tellus fructuosa
Natis, Mauritania,
Quorum morte pretiosa,
Quae fit in Colonia,
Spatiosa, gloriosa
Coeli gaudet regio.2. De loginquo qui venerunt
Et pro Christi nomine
Dimicantes perstiterunt
Fortes in certamine,
Rubricarunt et sanxerunt
Hanc effuso sanguine. | <ol style="list-style-type: none">3. Passi simul hi tercentum
Sexaginta socii
Dant Colonis supplementum
Praesentis auxilii
Et salutis incrementum
In die iudicii.4. Nulli tantum meruerunt
In hoc mundi proelio,
Ut qui semet impenderunt,
O fidelis concio,
Fido tuis, qui te quaerunt,
Adsta patrocinio. |
|--|---|

5. Honor patri sit et nato,
Laus cum sancto spiritu,
Qui purgatos a peccato
In extremo transitu
Claudat fine nos beato
Maurorum intuitu.

Antiph. ms. S. Gereonis. Colonien. s. n. saec. 15. A. — Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90 B. — Melodie: Pange lingua.

320. De sancto Gumperto.

- | | |
|---|--|
| 1. A fundamenti ordine
Morum gesta inspicite
Sancti Gumperti merita,
Quae fecit in ecclesia. | 4. Ibi pro suis meritis
Dei dona recipiunt,
Qui huc devoti veniunt
Et pia vota offerunt |
| 2. Fundans Mariae virgini
Ecclesiam et inibi
Cultum auxit dominicum
Instituens collegium. | 5. Eja, patrone inclite,
Sancte Gumperte, porrige
Pro nobis preces hodie,
Matris Christi juvamine. |
| 3. Sancto Johanni pariter
Templum struxit hilariter
Ibique humo tegitur,
Post inde huc transvehitur. | 6. Laus, honor, virtus, gloria
Deo patrique filio
Cum sancto sit spiramine
Et nunc et in perpetuum. |

Brev. ms. Onolsbacense saec. 15. Cod. Wirceburgen. Mp. th. o 11. A. —
Brev. ms. Onolsbacense saec. 15. Cod. Wirceburgen. M. ch. o 3. B.

321. De sancta Hedwige.

- | | |
|---|--|
| 1. Coeli sonant, nos canamus,
Laetetur Polonia,
Generosae recolamus
Ducissae solemnia,
Prece cujus ascendamus
Ad aeterna gaudia. | 4. Ad quid loquar, quos gustavit
Panem, cibos, pocula?
Sic luctando terminavit
Hujus vitae saecula,
Pro qua Deus tot monstravit
In terris miracula. |
| 2. Haec Hedwigis, Christi rosa,
Flore florens gratiae,
Sibi spina stimulosa
Poenis poenitentiae,
Alienis fructuosa
Nardus alimoniae. | 5. Suscitatur puer sanus
Rotatus in flumine,
Dependentes levat manus
Simon quidam nomine,
Orba visu videt anus
Restaurato lumine. |
| 3. Corpus extra castigavit
Zona cum cilicio,
Intus carnem maceravit
Fletu cum jejunio,
Cor in fine roboravit
Vera contemplatio. | 6. Gloria et honor Deo
Usquequo altissimo,
Una patri filioque,
Inclito paraclito.
Cui laus est et potestas
Per aeterna saecula. |

Brev. ms. Saganense saec. 14. Cod. Wratislaviens. I O 73. A. — Brev. ms. Saganense saec. 15. Cod. Wratislaviens. I Q 249. B. — Brev. ms. Saganense saec. 15. Cod. Wratislaviens. I O 77. C. — 3, 5 Quo in fine roboravit AB. — 5, 5 Urba visu visu B.

322. De sancta Helena.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Gaude, felix Aponia,
Gaude de Christi munere,
Laudes vi notae varia
Corde promens et opere. | 4. Conjuncta coeli civibus
Vitae potatur flumine,
Divinis vacans laudibus
Lumen videt in lumine. |
| 2. Helena quod sanctissima
De te nascendo prodiit,
Rite detestans infima
Coeleste regnum petiit. | 5. Laeta stupet Jerosolyma
Fractis naturae regulis,
Dum sanctae per suffragia
Fulgent miranda saeculis. |
| 3. Terreni regis filia
Coelesti regi placuit,
Electum super milia
Quaerens invenit, tenuit. | 6. Vita defunctis redditur,
Aegris confertur sanitas,
Claudus directe graditur,
Caecos illustrat claritas, |
| 7. Hanc ergo dignis laudibus
Nostra collaudet concio,
Quae nos profusis fletibus
Dei commendet filio. | |

Brev. ms. Waradinense anni 1460. Cod. Vatican. 8247. — 1, 4 promans. — 4, 3 Divino vacans lumine. — Vgl. Anal. IV, 130 sq.

323. De sancta Helena.

1. Aureos solis rotat, ecce, currus
Haec dies semper veneranda nobis,
Qua sacrae coelos Helenae subivit
Spiritus almus.
2. Cujus obtentu studioque lignum
Regis aeterni rutilat resectum,
Quodque sacratum latuit sepulchrum
Luce coruscat.
3. Haec carens hostis jaculum maligni
Obtegi ferro docuit terebrum,
Quo manus Christi vulnerata curat
Vulnera nostra.
4. Sancta priscorum recolensque vatium
Dicta fraenari monuit habenis
Ora cunctorum redimita clavis
Vulneris agni.

5. Plura mirantes pietatis ejus,
Lingua quae nec mens valet experiri,
Credimus cujus precibus foveri
 . Nocte dieque.
6. Gloriam patri resonemus omnes,
Gloriam nato pariterque sancto
Flamini noster chorus et resultat
 Omne per aevum.

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 1, 3 subiit. — 5, 2 valet exprimere.

324. De sancto Hieronymo.

1. Hieronymus, flos doctorum,
 Dos aeternae scientiae,
De choro seraphicorum,
 Vir dulcis eloquentiae.
2. Hieronymi florens vita
 Aerumnis et laboribus
Tersa exstat et polita,
 Nitet plena fulgoribus.
3. Hieronymo modulemur
 Triumphum super aethera
Et constanter ei femur:
 Tu nova scis et vetera.
4. Hieronymum Augustinus,
 Eusebius et Cyrillus
Laudant, quod totus divinus
 Est, clarus, fervens, tranquillus.
5. Hieronyme, pie pater,
 Servis propinet luteis
Hoc tuus mellitus crater,
 Quod hauserat de puteis.
6. Hieronymo sempiterno
 Fruamur modulamine,
Qui divino nos Falerno
 Replet et sacro flamine.
7. Sit nunc semper uni trino
 Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos morsu serpentino
 Eruat et aporia.

Psalt. ms. Engelbergense 40. sacc. 15.

325. De sancto Hieronymo.

Ad Vesperas.

1. Collaudemus venerantes
 Beatum Hieronymum,
Eremitam, confessorem,
 Doctorem eximium,
Ex Haebreo in Latinum
 Translatorem optimum.
2. Carnem domat, aspernatur
 Opes, mundi culmina,
Orat, plorat, meditatur,
 Arguit et crimina,
Scribit, legit, operatur
 Plurima volumina.

3. Velut stella matutina
Lucens mundo oritur,
Vita, signis et doctrina
Tribus linguis loquitur,
Quibus sacra lex divina
Ab illo exponitur.
4. Pro his digne praedicatur
In coelesti patria,
Virgo, doctor coronatur
Duplici aureola,
Nude Deum contemplatur
Per aeterna saecula.
5. Hujus contemplationis
Consortes efficiat
Nos, si bonae actionis
Meritum deficiat,
Suae magnae proportionis
Partem nobis tribuat.
6. Gloriam patri melodis
Personemus vocibus,
Gloriam Christo canamus,
Gloriam paraclito,
Qui Deus trinus et unus
Exstat ante saecula.

Brev. S. Donatiani Brugen. imp. Parisiis 1520.

326. De sancto Hieronymo.

Ad Laudes.

1. Sanctus doctor Hieronymus
Dulci laudetur carmine,
Quem illustravit coelitus
Splendor paternae gloriae.
2. Hic margaritam reperit,
Pro qua cuncta deseruit,
Adspirans ad aetherea
Aeterna Christi munera.
3. In mortaliq[ue] corpore
Vitam peregit caelibem,
Plaudit pro dato munere
Urbs beata Hierusalem.
4. Haurit arcana fidei
Et dulcorem eloquii,
Ex te, fons sapientiae,
Lucis creator optime.
5. Officium composuit
Divinum, libros transtulit,
His mundo patefaciens
Verbum supernum prodiens.
6. Signis clarescens variis,
Doctrina et virtutibus,
Summis potitur praemiis,
Exsultet coelum laudibus.
7. Simplex et trina deitas,
Per ipsius suffragia
Da post mundi miserias
Beata nobis gaudia.
8. Sit laus patri cum flamine,
Salus, decus, imperium
Tibique, patris unice,
Christe, redemptor omnium.

Brev. S. Donatiani Brugen. imp. Parisiis 1520.

327. De sancto Hieronymo.

In 2 Vesperis.

1. A solis ortus cardine
Et usque terrae limitem
Te doctrina, Hieronyme,
Vitaque reddunt celebrem.
2. Beatus auctor saeculi
Sacro te replet numine,
Scribis, dictas, transfers libros,
Studes, oras assidue.

- | | |
|---|--|
| <p>3. Castae parenti jugiter
Exstas devotus Domini,
Die, noctu alacriter
His corde servis supplici.</p> | <p>6. Foeno, quo Christus ja-
cuit
Inter bovem et asinum,
Prae cunctis tibi placuit
Locus in habitaculum.</p> |
| <p>4. Domus pudici pectoris
Tui fit Dei mansio,
Carnem domans jejuniis,
Conversaris in eremo.</p> | <p>7. Gaudet chorus coe-
lestium
Pro tali dato collega,
Qui baptistae par praemio
Est sola dempta aureola.</p> |
| <p>5. Enixa est puerpera
Virgo Deum in Bethlehem,
Caduca spernens omnia
Vitam quo ducis caelibem.</p> | <p>8. Gloria tibi, Domine,
Qui nos prece Hieronymi
Mundes ab omni crimine
Coelique jungas agmini.</p> |

Brev. ms. S. Donatiani Brugen. imp. Parisiis 1520. — Die ersten Zeilen aller Strophen (6, 1 nur teilweise) sind den entsprechenden Strophen des Weihnachtliedes des Sedulius entlehnt.

328. De sancto Hieronymo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Christe, sanctorum omnium
Aeterna salus hominum,
Honor te decet Dominum,
Qui laureas Hieronymum.</p> | <p>6. Mentem arentem irrigat,
Vecordem pie mitigat,
Infertilem fructificat,
Peccatorem aedificat.</p> |
| <p>2. Hic haereses eliminat,
Errorum nubes profugat,
Dissolvens nodos reserat,
Aenigmata dilucidat.</p> | <p>7. Lucerna patens radiat,
Verbum aeternum seminat,
Horas distinguens ordinat
Et collisos alleviat.</p> |
| <p>3. Doctrinae panem tribuit,
Laqueum mortis diripit,
Ex falso verum elicit,
Scutum et arma conterit.</p> | <p>8. Legem, quae linguis evagat,
Sub una mire congregat,
In libris sic nidificat,
Quod fructuose pullulat.</p> |
| <p>4. Scripturae planat aspera
Tranquilla praebens foedera,
Aufert pravorum scelera
Cuncta probans per opera.</p> | <p>9. Studendo se exercitat,
Saecli curas suppeditat,
Pro fine Christum quaeritat,
Cujus dono sic rutilat.</p> |
| <p>5. Linguas dispersas aggregat,
Malo concordēs segregat,
Egenti manum erogat,
Christo fallenti derogat.</p> | <p>10. Tantorum ad memoriam
Summo canamus gloriam,
Per cujus hic victoriam
Labentem sprevit scoriam.</p> |

329. De sancto Hieronymo.

In 2. Vesperis.

1. Pange, lingua, gloriosi
 Doctoris praeconium,
 Actis, verbo pretiosi,
 Venerantis Dominum,
 Et exalcent amorosi
 Celebrem Hieronymum.
2. Literas, linguas, elementa
 Fere novit omnium,
 Sed frequentius commenta
 Perorans gentilium,
 Caesus liquit documenta
 Amplius similibus.
3. Sese totus segregavit
 In opus dominicum,
 Se divinae mancipavit
 Legi, quaerens unicum
 Dei verbum, sic lustravit
 Iter evangelicum.
4. Irroratus coeli rore
 Fructum multum contulit,
 Suo legem cum labore
 Priscam vere transtulit,
 Novam et eodem more
 Sub latino retulit.
5. Inclitus interpres verus
 Nedum sacrae paginae,
 Fecit plura, quibus clerus
 Fulget cum indagine,
 Brevis semper et sincerus
 Clara de propagine.
6. Lucens ardensque lucerna,
 Fecit nam, quod docuit,
 Morum sedulus pincerna
 Universis profuit,
 Obit docens ad superna
 Migrans, nulli nocuit.
7. Talis, tantus, doctor sancte,
 Divis in oraculis,
 In decessu post et ante
 Stupendis miraculis
 Late clares Deo dante,
 Nos emunda maculis.
8. Hostis fremis vitiorum,
 Fidei propagulum,
 Flagellum haereticorum,
 Moestis es umbraculum
 Semper virgo, norma morum,
 Pede terens zabulum.
9. Sit jucunda, sit decora
 Summi trino nomini
 Laus perennis omni hora,
 Cujus dono Domini
 Tam praeclara, sic sonora
 Fulget laus Hieronymi.

Prop. Boscoducense imp. Antwerpiae s. a.

330. De sancto Hieronymo.

1. Sancte doctor Hieronyme,
 Inter doctores maxime,
 Clarens in sacris literis,
 Refulgens flos in superis.
2. Ars ornans te rhetorica,
 In vita plus theorica,
 Damnavit Ciceronica,
 Nunc salvat ars te polica.
3. Refulsit omnis veritas
 Cardinalisque dignitas,
 Paternalis insignitas,
 Vitae castae sinceritas.
4. Te leo ferox quaeritat
 Sanandus atque visitat,
 Salvandum se non haesitat,
 Servire tibi se litat.

5. Desperans, cerne talia,
Per hunc quae sunt et qualia,
Peccata qui mortalia
Laxat et venialia.
6. Sacerdos hic inungitur
Et in papam decernitur,
Sed hoc ab eo spernitur,
Coelestibus adjungitur.
7. Da, pater, in hoc neumate,
Jesu, cum sancto pneumate,
Ut nos doctoris precibus
Jungamur poli civibus.

Brev. Bremense imp. Coloniae 1486. — 1, 4 Refulgens nos in. — 2, 4 salvet; polita. — 4, 4 tibi celicat.

331. De sancto Hieronymo.

Ad Vesperas.

1. Proles de coelo prodiit
Magnificique generis,
Hieronymus dum adiit
Superni regnum culminis.
2. Spoliat Romam gaudio
Monachosque, quos genuit,
Christi jungit consortio,
Genus superni numinis.
3. Assumptus cum apostolis
Gaudet horreo Domini,
In paupertatis praediis
Exsultat nunc cum jubilis.
4. Legi, prophetae primitus
Gerit gratum obsequium,
Post factus servus Domini
Monastico sub ordine.
5. Calens sed carens febribus,
Christi aestuans amore,
Moriens monet precibus
Fratres regens cum rigore.
6. Deo patri sit gloria
Ejusque soli filio
Cum spiritu paraclito
In sempiterna saecula.

Officia ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — 1, 1 Proles Deo prodiit. — 1, 2 que ergänzt. — 1, 3 dum ergänzt. — 2, 1 Romanos. — 2, 2 que ergänzt. — 3, 2 in horreo. — 3, 3 Paupertate praediis. — 3, 4 Exsultent nunc Christo jubilis. — 4, 1 Lex et prophetae. — 4, 3 Post ergänzt. — 5, 1 Calens caret. — 5, 3 Mori monet. — 5, 4 cum ergänzt. — Vgl. den Hymnus Mone III, 308 (Nr. 932), an welchen der vorliegende nicht selten anspielt.

332. In Elevatione s. Hiltrudis.

Ad Vesp. et Laud.

1. Hortus ecclesiae fragrans deliciis,
Florem munditiae praesignans liliis,
Odorem gratiae fudit in Laetiis,
Hiltrudem Christo foederans.
2. Quae claris clarior orta natalibus,
Formam formosior excessit moribus
Fortemque fortior vicit virtutibus,
Hostem in Deo superans.

3. Spretisque nuptiis ducis Burgundiae,
Vacans jejuniis et parsimoniae
Abdit se Laetiis, grandis laetitiae
Causa futura posteris.
4. Jam sponsi sedula castis amplexibus
Confert ad oscula se votis omnibus,
Ut fumi virgula ex aromatibus
Odorem spirat superis.
5. A mundi vitiis mundans nos expia
Patremque filiis, mater, concilia,
Et tecum gaudiis in coeli curia
Nos jungat vera caritas.
6. Patri et filio sanctoque flamine
Psallat haec concio devota virgini,
Cujus praesidio nos trino numini
Apponat una trinitas.

Wonderlyk Leven van de h. Maghet Hiltrudis. Tot Loven 1770. p. 38. —
Der Hymnus erscheint als ein alter, weshalb er hier mitgeteilt ist.

333. In Elevatione s. Hiltrudis.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Sanctarum mentes virginum
Confortas, auctor luminum,
Sibique reddit placitum
Sanctae Hiltrudis meritum. | 4. Vivendo solitarie
Meretur regnum gloriae,
Vitam claudens feliciter
Vita vivit perenniter. |
| 2. Quae, ne quid agat temere,
Christo disponit nubere,
Praeventa Christi gratia
Mundana fugit gaudia. | 5. Deus donis interminis
Donavit fidem virginis,
Cujus quae sint insignia,
Signa fantur sequentia. |
| 3. Procos spernit, lasciviae
Non cedit, parsimoniae
Studet Christi discipula,
Brevi reclusa cellula. | 6. In ipsius memoria
Sit trinitati gloria,
Patri, nato, paraclito,
Divinae dextrae digito. |

Wonderlyk Leven van de h. Maghet Hiltrudis. Tot Loven 1770. p. 39.

334. De sancto Hippolyto.

- | | |
|---|--|
| 1. Chorus novae Jerusalem
Promat Christum laudabilem
Pro martyris memoria
Hippolytique gloria. | 3. Sed tempestate praevia
Caesus, tractus per devia,
Probat passioibus,
Effectus martyr inclitus. |
| 2. Qui divino suffragio
Ereptus e naufragio
Per hortulum ecclesiae
Ad portum venit gloriae. | 4. Valerianum, Decium
Sprevit, omne supplicium
Contempsit propter Dominum,
Qui est et salus omnium. |

- | | |
|---|--|
| <p>5. Cujus tota familia
Cum nutrice Concordia
Per martyrii supplicia
Intrant cum palma gaudia.</p> | <p>6. Quorum nos, Christe, precibus
Culparum munda faecibus
Et transfer nos ad gaudia,
Ubi regnas per saecula.</p> |
|---|--|

Brev. Pataviense imp. Augustae 1495. A. — Brev. Pataviense imp. Venetiis 1508. B. — Brev. Pataviense imp. Venetiis 1515. C. — 1, 3 martyriis ABC, memoria ergänzt. — 2, 2 Exhortans naufragio ABC. — 3, 4 Effectus est ABC. — 4, 2 Sprevitque omne C, sprevit omneque BC. — 6, 3 nos fehlt ABC.

335. De sancto Huberto.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Laudis hymnus decantetur
Christo regi gloriae,
Ei nostrae praesentetur
Organum melodiae,
Quem Hubertus intuetur
Revelata facie.</p> | <p>4. Plebi suae praedicavit
Spem supernae gloriae,
Quam Dominus praeparavit
Haeredibus gratiae,
Sic subditos informavit
Verbo sapientiae.</p> |
| <p>2. Saecli pompam abdicavit
Lamberti consilio,
Se divino mancipavit
Hubertus obsequio
Ac in Christi vigilavit
Sedulus officio.</p> | <p>5. Hunc patronum extollamus
Per laudum praeconia,
Ei grata studeamus
Offerre servitia,
Ut adesse sentiamus
Sua nobis praemia.</p> |
| <p>3. Post Lamberti martyrrium,
Praelari pontificis
Insignitur per Sergium
Infulis magnificis
Fitque pastor Tongrensium
Jussibus angelicis.</p> | <p>6. Deo patri sit potestas,
Filio prudentia,
Coequalis sit majestas
Paraclito gratia,
Qui confortet mentes maestas
Perenni laetitia.</p> |

Brev. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Semin. Leodien. 6 M 2 A. — Brev. ms. saec. 14. Cod. Dusseldorpin. C 60. B. — Brev. ms. Tremoniense saec. 15. Cod. Darmstadien. 869. C. — Antiph. ms. Franciscanum saec. 16. Cod. Bruxellen. 6433. D. — 1, 1 Hymnus laudis AD. -- 2, 3 divino dedicavit B. — 4, 5 infamavit A. — 6, 5 Qui consortes A. — Mel. Pange lingua D.

336. De sancto Huberto.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Novum melos decantemus
In Huberti nomine,
Votum mentis ordinemus
Cum vocali carmine,
Ut condigne resonemus
Sub hoc moderamine.</p> | <p>2. Militare concupivit
In adolescentia,
Jugum Christi post subivit
Spreta mundi gloria,
Hunc Lambertus crudivit
Moralis scientia.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Ut Lambertus transmigravit
De carnis ergastulo,
Illum papa decoravit
Pastorali baculo
Et defuncto subrogavit
Divino miraculo.</p> | <p>5. O Huberte, ubertatem
Morum nobis tribue,
Corporalem sanitatem
Infirmis restitue,
Orans summam majestatem
Pro nobis continue.</p> |
| <p>4. Curam rexit feliciter
Tungrensis ecclesiae,
Gestans in manu jugiter
Stateram justitiae,
Effundens cunctis largiter
Oleum clementiae.</p> | <p>6. Deo patri sit potestas,
Filio prudentia,
Coaequalis sit majestas,
Paraclito, gratia
Qui confortat mentes maestas
Perenni laetitia.</p> |

Brev. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Semin. Leodien. 6 M 2. A. — Brev. Leodiense imp. Lovanii 1498. B. — 1, 5 cum digne A.

337. De s. Jacobo Majore.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Grates demus et cantemus
Cum cordium tripudio
Nato Dei, Zebedei
Congratulanti filio.</p> | <p>6. Laetus istum quia Christum
Fatebatur crucifixum,
Resurgentem et scandentem,
Ascendendo coelum fixum,</p> |
| <p>2. Hic implevit, ut decrevit
Immensa sapientia,
Semen David demonstravit
Deifica scientia.</p> | <p>7. Est despectus et ejectus,
Decollatus, interfectus,
Fide fervens, mundum spernens,
Ergo martyr est effectus.</p> |
| <p>3. Jesum datum, nobis natum
Sine virili semine
De Maria, matre pia,
Spiritus sancti numine.</p> | <p>8. Reformare nunc dignare
Nos peccatores firmiter,
Serve Dei, quod in Dei
Sistamus spe perenniter.</p> |
| <p>4. Scripturarum, prophetarum,
Pagina firmavit Deum,
Quod Judaei pharisaei
Falso clamant mortis reum.</p> | <p>9. Ut deflere mala vere
Valeamus jugiter,
Jesu Christe, sanctus iste
Conservet nos fideliter.</p> |
| <p>5. Exclamavit, indicavit
Ore, corde et opere
Praedicando, seminando,
Divinum verbum prospere.</p> | <p>10. Salvat gregem, quem ad regem
Perducat, ad coelestia,
Qui est trinus Deus unus
Per infinita gaudia.</p> |

Cod. Beverin. 672. saec. 15. — „Explicit historia de sancto Jacobo, edita Hildesem anno Domini MCCCCVI ad festum beati Jacobi majoris a quodam, nomen cujus monstrat hymnus vesperralis.“ Vgl. Lüntzel, *Gesch. d. Diöcese und Stadt Hildesheim* II, 375.

338. De sancto Jacobo.

- | | |
|---|--|
| 1. Dum poli sphaera volvitur,
Nobis novum exoritur
Sidus anniversario
De Jacobi martyrio. | 4. Cujus beata dogmata
Per vasti orbis climata
Credendi normam ingerunt
Et caritatem suggerunt. |
| 2. Clarent festa celebria,
Per quae monstrat historia,
Quali virtute praeditus
Apostolus sit inclitus. | 5. O martyr apostolice,
Jubar legis catholicae,
Exora pro supplicibus
Tua festa colentibus. |
| 3. Hic decollatus hodie
Succedit thronum gloriae,
Felicem bibens calicem
Hostem devicit pernicem. | 6. Laus trinitati debita
Honor, potestas, gloria
Perenniter sit omnia
Per saeculorum saecula. |

Antiph. ms. Calcariese saec. 16. Cod. Arch. Calcarien. A 14. A. —
Brev. Trajectense imp. Coloniae 1517. B.

339. De ss. Innocentibus.

- | | |
|---|--|
| 1. Verbum patris principium,
Proles beata coelitus,
Narrare quem nemo valet,
Dimissus terris apparens. | 4. Tibi jam primum munera
Dependit Aethiopia,
Bethlem, Judaea patria
Salemque offert xenia. |
| 2. Homo videris, deitas,
Manens apud patrem ut eras,
Omnipotens inspiceris
Immortalis et cerneris. | 5. Sanguis primus dum funditur
Natorum ipsorum strage,
Edictum regis pervolans
Occidit infantum agmina. |
| 3. Tu priscis vaticiniis
Te venturum sponderas,
Ades, medendi pietas,
Cunctorum cura vulnera. | 6. Dicto patratur citius
Herodis saeva jussio,
Abstractos ab uberibus
Allidit solo protinus. |
| 7. Nos etiam sequi semper
Agni refert vestigia,
Quos protulit cruor sacer
Primam praemittens hostiam. | |

Brev. ms. Lunaelacense saec. 14. Cod. Palat. Vindob. 1950 A. — Brev.
ms. Emmeramense saec. 14. Clm. Monacen. 14741. B. — 1, 1 Verbi patris
AB. — 2, 4 Et cerneris immortalis A. — 5, 1 Sanguis pius A. — 7, 1 Nos
et sequi A.

340. De ss. Innocentibus.

- | | |
|---|---|
| 1. Hostis Herodes impie,
Christum dum vis occidere,
Pueros innocentia
Coelis coronat gloria. | 2. Matrum caterva personat,
Collisa deflent pignora,
Vox in Rama est audita,
Rachel plorans tot milia. |
|---|---|

3. O quam beatæ lacrimæ
Dolore martyrum editæ,
Quæ non carent coelestibus
Dantes loquelam gemitus.
4. Hac prole mater inclita
Fecundatur ecclesia,
Gaudet chorus angelicus
Crescitque suus numerus.
5. O Christe, rex fortissime,
O actor innocentiae,
Conjunge nos infantulis,
Qui te canunt in mortibus.

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. — 1, 2 Christum Deum vis. —
1, 3 Pueris. — 1, 4 Coelos. — 2, 1 Fratrum. — 4, 2 Fecundetur.

341. De sancto Joachim.

Ad Vesperas.

1. Quem terra, pontus, æthera
Colunt, plebs laudat hominum,
Quod transtulit ad sidera
Joachim, patrem Mariae.
2. Cui luna, sol et omnia
Deserviunt, hunc creavit
Cum omni sanctimonia
Et protulit stirpe David.
3. Mirantur ergo saecula,
Deum ac hominem vere
Ex Judaea plebecula
Joachim avum habere.
4. Beata mater munere,
Mariam quæ angelico
Fatu meruit genere
Joachim, viro coelico.
5. Benedicta coeli nuntio
Verba, Joachim, audisti,
Per quem cessit confusio
Cum sterilitate tristi.
6. O gloriosa domina,
Laetare cum poliarchis,
Quia Joachim divina
Suscepit cum patriarchis.
7. Tu regis alti janua
Fac quod nobis sit pervia,
Cum filia ingenua
Dans dona tolle devia.
8. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Avi tui precamine
Salva nos in examine.

Officia SS. Anna, Joachim, Joseph, imp. s. l. et a. (Hain 8748). — 1, 2
Colunt omnis plebs; lies laudat varie? Es fehlt nämlich sonst 1, 4 der
Reim. — 2, 2 creavit hunc. — 2, 3 Cum ergänzt. — 2, 4 de stirpe. — 4, 4
Ex Joachim. — 6, 3 Quod Joachim. — 8, 4 in mortis examine. — Alle
Anfangszeilen der Strophen sind dem marianischen Hymnus gleichen An-
fangs entlehnt; dadurch wird dies Lied für die Textkritik jenes von Belang.

342. De sancto Joachim.

Ad Nocturnum.

1. Gaude visceribus, mater, muneribus
Joachim referta, solvens vota certa,
Expurget piaë mentis
Corde natus ex parentis.

2. Cujus magna gesta deifica
Plebs canit sanctorum, clerus, miserorum
Tuba colat ordine
A solis ortus cardine.
3. Quae virgo peperit, Mariam comperit
Joachim se natam, juste educatam,
Quam cupivit intime
Lucis creator optime.
4. Felix multiplici pater magnifici
Ex fructu germinis sterilis seminis
Pellis voto pistico
Ex more docti mystico.
5. Te nunc suppliciter orat et jugiter
Plebs, Joachim sancte, te Deum precante
Nostra cessent sedula
Nox, tenebrae et nubila.
6. Sanctis obtineas per vitae lineas
Jungi coeli aede, Joachim, quem in sede
Locavit post somnium
Deus creator omnium.
7. Praesta, pater summe, fili architecte,
Spiritus hagi, cum patre Mariae
Frui nos victoria
Aeterna coeli gloria.

Offic. SS. Annae, Joachim, Joseph, imp. s. l. et a. — 1, 3 Ut expurget. — 3, 1 Maria. — 3, 3 concupivit. — 5, 2 Ut te Deum pro nobis precante. — 6, 1 tuae lineas. — 6, 2 Et junge. — 7, 1 pater summi filii; lies pater recte? — 7, 3 nos ergänzt. — 7, 4 In aeterna.

343. De sancto Joachim.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Coeli cives, adplaudite
Et vos, fratres, concinite,
Sancti Joachim solennia
Solis reduxit orbita. | 4. Hunc post mundi pericula
Coeli suscepit curia,
Quem avum Dei filius
Suum salutavit Dominus. |
| 2. Huic ergo psalmi resonent,
Huic lectiones concrepent,
Et hymnorum dulcisona
Multiplicentur carmina. | 5. Conemur totis viribus,
Jungamus preces precibus,
Ut sancti Joachim meritis
Coeli fruamur gaudiis. |
| 3. Quod lingua foris personat,
Intus affectus sentiat,
Nec imitari pigeat,
Quod mens laudare adprobat. | 6. Tanto patrono supplicet,
Quisquis juvari indiget,
Eique jubilet cantica
Per quadra mundi climata. |

- | | |
|--|---|
| <p>7. Vita vivit feliciter
 Cum filia Christifera,
 Cum qua degustat dulciter
 Aeterna vitae gaudia.</p> | <p>8. Deo patri sit gloria
 Ejusque soli filio
 Cum spiritu paraclito
 In sempiterna saecula.</p> |
|--|---|

Offic. SS. Annae, Joachim, Joseph, imp. s. l. et a. — 2, 1 ergo fehlt, ergänzt nach Daniel IV, 280 aus dem Augustinushymnus gleichen Anfangs, von dem Str. 1—5 des vorliegenden eine Bearbeitung ist. Das Original liest 2, 1 sq. Hinc ergo, Hinc lectiones. — 4, 4 Lies salutatur? — 6, 3 Lies: Ei jubilet?

344. In Conceptione s. Johannis B.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Hymnum novum concinamus
 Per mentale gaudium
 Et Johannis recolamus
 Conceptum mirificum,
 Quem ut recte cognoscamus,
 Docet evangelium.</p> <p>2. Zacharias ex Abia
 Traxerat originem,
 Hic sacerdos erat quia,
 Sanctam duxit conjugem
 Ex Aaron stirpe dia,
 Quam habebat sterilem.</p> <p>3. Hic cum magno festo die
 Functus sacerdotio
 Templum introisset pie,
 Deum sacrificio
 Ut placaret et Judaeae
 Fieret remissio;</p> <p>4. Tunc incensi videt hora
 Stare stantem angelum:
 Exaudiris sine mora,
 Qui solatur tremulum,
 Uxor tua, non ignora,
 Tibi gignet filium.</p> | <p>5. Qui diffidens veritatis
 Signum poscit precibus,
 Et accepit mutitatis;
 Rite factis omnibus
 Foris exit, fatigatis
 Innuit cum manibus.</p> <p>6. Plebs exspectans intellexit,
 Quod secreta viderit,
 Post ad domum dum perrexit,
 Tunc effeta concipit,
 Quae plus Deo cor porrexit,
 Gaudens grates reddidit.</p> <p>7. Quam semestrem visitavit
 Virgo Deo gravida,
 Tunc Johannes exsultavit
 Matris inter viscera,
 Qualis erit, reseravit,
 Quantus natus, gratia.</p> <p>8. Laus et honor trinitati
 Sanctae sit et gloria,
 Quae nos salvans in beati
 Johannis memoria,
 Nobis det, ut sibi grati
 Laetemur in patria.</p> |
|--|---|

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 4, 5 non ignara. — 8, 5 Nobis ergänzt.

345. In Decollatione s. Johannis B.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Spiritus sancti organum
 Johannes est dulcissimum,
 Quo soli Deo vivere
 Novit ipsius vivere.</p> | <p>2. Dilectus ergo Domini
 Est templum sancti spiritus,
 Non laesus ullo vitio,
 Sed vere liber in Christo.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Ut virgo sine macula,
Martyr clarus cum corona,
Fers flores virgo candidas
Et ut martyr purpureas.</p> | <p>4. Praestet hoc pater omnium
Per suum unigenitum,
Per alnum quoque spiritum
Dans angelorum gaudium.</p> |
|--|--|

Antiph. ms. Veteris Monasterii saec. 15. Cod. Maguntin. 138. — 3, 1
Virgo sine macula.

346. In Decollatione s. Johannis B.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Fulgens lucerna martyrum
Sidusque coeli aureum,
Te speramus praecipuum
Placatorem apud Deum.</p> <p>2. Nominis tui gloriam
Canentes corde inclitam
Tu funde preces, quaesumus,
Pro nobis, martyr, propitius.</p> | <p>3. Ut donet Deus spernere
Mundum cum suo principe
Et post tempus volubile
Nos cum Christo resurgere.</p> <p>4. Praestet hoc pater omnium
Per suum unigenitum,
Per alnum quoque spiritum,
Dans angelorum gaudium.</p> |
|--|---|

Antiph. ms. Veteris Monasterii saec. 15. Cod. Maguntin. 138. — 3, 4
Lies martyr promptius? -- Ist als divisio des vorhergehenden Hymnus bezeichnet.

347. In Decollatione s. Johannis B.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Johannes, martyr Domini,
Gabrielis archangeli
Voce patri promittitur
Et matri diu sterili.</p> <p>2. Nomen cujus et meritum
Declaratur per angelum,
Nam patri dat eloquium
Natus et multis gaudium.</p> <p>3. O Christi testimonium!
Inter natos mulierum
Nemo Johanne altior,
Nam prophetis sublimior.</p> <p>4. Johannes major homine,
Compar angelis utique,
Virginitatis speculum
Ac trinitatis medius.</p> | <p>5. Qui tam clarus Dei laude
Pro Herodiadis fraude,
Pro castitatis tenore
Decollatur in carcere.</p> <p>6. Fulgens lucerna martyrum
Sidusque coeli aureum,
Te speramus praecipuum
Placatorem apud Deum.</p> <p>7. Festa tui martyrii
Colentes placare sibi
Ducensque per victoriam
Resurgentis ad gloriam.</p> <p>8. Gloria tibi, Domine,
Qui sublimasti hodie
Johannem coeli civibus,
Nos illis junge, quaesumus.</p> |
|---|--|

Antiph. ms. Veteris Monasterii saec. 15. Cod. Maguntin. 138. A. —
Diurn. ms. Veteris Monasterii saec. 14. Cod. Maguntin. II. 342. B. —
Mel: Deus tuorum militum.

348. In Decollatione s. Johannis B.

Ad Completorium.

- | | |
|--|---|
| 1. Baptistae Christi merita
Pangamus laude debita,
Agnum placans nobis prece,
Quem demonstravit indice. | 5. Sed pro zelo veritatis
A ministris falsitatis
Condemnatur in carcere,
Quem solatur rex gloriae. |
| 2. Motus non arundinei
De te esse fatur plebi,
Sed perfectum ac stabilem,
Ducentem vitam caelibem. | 6. Quem rex Herodes occidit,
Felix in aeternum vivit,
Occumbit temporaliter,
Vivit perpetualiter. |
| 3. Spernens mundi delicias
Et fallaces divitias,
Vivens sine doli felle,
Contentus locustis, melle. | 7. Ejus nos festi gaudia
Digne colamus annua,
Quo praecursorem proprium
Ad vitae vexit gaudium. |
| 4. Hic vocatur Nazarenus
Et Christi gratia plenus
Praeparat Deo semitam
Et suasit poenitentiam. | 8. Gloria tibi, Domine,
Qui sublimasti hodie
Johannem coeli civibus,
Nos illis junge, quaesumus. |

Antiph. ms. Veteris Monasterii saec. 15. Cod. Maguntin. 138. A. —
Diurn. ms. Veteris Monasterii saec. 14. Cod. Maguntin. II 342. B. —
Mel.: Aeterni patris unice.

349. In Decollatione s. Johannis B.

- | | |
|--|---|
| 1. Sancta [haec] congregatio
Johannis instat laudibus,
Cujus nunc decollatio
Commendatur fidelibus. | 4. Zelo legis dum sceleris
Herodem vult arguere
Divini praeco foederis,
Recluditur in carcere. |
| 2. Afficitur inedia
Corpus sacrum, non horruit
Carnis afflictiae taedia,
Dum in deserto latuit. | 5. Hic pugnans hoc in stadio
Triumphum cum victoria,
Maligni caesus gladio
Coeli potitur gloria. |
| 3. Vitae consors angelicae
Melle, locustis pascitur,
Sumens potum de laticae
Pilis cameli tegitur. | 6. Laus, honor et imperium
Deo sit aeternaliter,
Qui suos per martyrium
Coronat multipliciter. |

Brev. ms. Constantiense saec. 15. Cod. Eremiten. 80. — 1, 1 Sancta congregatio; lies Sacrata? — 1, 4 a fidelibus. — Dieser Hymnus steht aus eben dieser Hs. bei Morel Nr. 226, aber mit so vielen stillschweigenden Korrekturen und Irrtümern, daß ich ihn wiederhole. In der Hs. hängt der folgende Hymnus mit diesem zusammen.

352. De s. Johanne Evangelista.

Ad Laudes.

1. Magnis ecclesiae laudibus omni
Nunc et perpetuo rite colende,
Nostrae suscipias, sancte Johannes,
Dignanter, petimus, munia vocis.
2. Christus, virgineae filius aulae,
Temet prae sociis, inclite caelebs,
Fovet pro merito virginitatis,
Cui matrem voluit credere castam.
3. Te clemens etiam pectus in alnum
Acclinem satiat fonte perenni,
Verbum se genitum quo patre discens,
Hoc natis hominum pandere posses.
4. Nunc autem facie cernere gaudens,
Quod dudum poteras promere voce,
Nostris multimodis, alme, querelis
Orans pro miseris compatiaris.
5. Sit laus ingenito, gloria nato
Atque spiritui juba sancto,
Qui coelum moderans trinus et unus,
Dignetur visere arva Johannes.

Brev. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 413. — 3, 1 pectus in al-
vum. — 5, 4 Lies Johannis?

353. De s. Johanne Evangelista.

- | | |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Gignens per evangelium
Deo turbas fidelium
Johannes Dei gratia
Det tristibus solatia. 2. Cui Christus privilegium
Dat amoris egregium,
Quod virginem matrem ipsi,
Ipsum dat natum virgini. | <ol style="list-style-type: none"> 3. Unice amans unicam
Christus ei dat dominam,
Super quam nil amaverat,
Huic matrem commendaverat. 4. Suscepit dilectissimam
Hic virgo virginissimam,
Ut fu
. |
|--|--|

Psalt. ms. Turicense saec. 13. Cod. Civit. Turicen. C 155. — 1, 4 tris-
tis. — 3, 2 ei ergänzt. — 3, 3 nihil. — 4, 3 Das Weitere fehlt. — Dem
Hymnus geht ohne Absatz vorher das Lied: Fit porta Christi pervia; vor
beiden steht die Rubrik: Incipit cursus Beatae Mariae Virginis et S. Johannis
Evangelistae.

354. De s. Johanne Evangelista.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaude, coelestis curia,
Tanta lucerna inclita,
Et tu, mater ecclesia,
Johannis promens gloriam. | 4. Recubuit in pectore
Coelesti hausto nectare,
Amplectitur divinitus
Ut Christi amantissimus. |
| 2. Qui spernens mundi gaudia,
Sequens Christi vestigia,
Evangelista maximus
Exsistens et apostolus. | 5. Virgo electus Domini
A Christo datur virgini,
Ut alter esset filius
Post ipsum dilectissimus. |
| 3. Florebat in virtutibus
Ut lucifer clarissimus,
Quem diligens prae omnibus
Aeterni patris filius. | 6. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Diurn. ms. Constantien. saec. 14. Cod. Turicen. Rhenov. CXXXIII.

355. De s. Johanne Evangelista.

- | | |
|--|--|
| 1. Novo psallendi júbilo
Hymnum canamus Domino,
Qui Johannem, vas gratiae,
Cunctae dedit ecclesiae. | 3. Miraculis reffloruit
Virtutibusque claruit,
Sanctitate magnificus,
Homo totus deificus. |
| 2. Verbis iste dulciffuis,
Errores fugat haeresis
In mentibusque hominum
Fudit lumen salvificum. | 4. Hujus prece, Jesu pie,
Chorum nostrum consocia
Choris coelestis curiae,
Ubi jugis melodia. |

Festorum compositorum ecclesiae collegiatae Sancti Joannis apostoli et evangelistae Buscoducis pars hiemalis imp. s. l. et a.

356. In Reversione s. Johannis ab exilio.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Sacra nobis solemnitas
Nova reduxit gaudia,
Levet recens jucunditas
Vetusti fletus taedia. | 4. Quod clausum erat homini,
Johanni sane patuit,
Dum supra pectus Domini
Hora coenae recubuit. |
| 2. Cordis et carnis puritas
Concurrant festo virginis,
Cujus insignis dignitas
Sensu signatur nominis. | 5. Virgo matris et virginis
Custos mundus eligitur,
Et supra metram hominis
Ejus honor extollitur. |
| 3. Johannes, Dei gratia,
Dei ditatus munere,
Deitatis mysteria
Dignus fuit disserere. | 6. Hujus suffultos meritis
Mariae prece praevia
Deletis Christus debitis
Nos ducat ad coelestia. |

7. Praesta, pater, per filium
Pacis aeternae gaudium,
Praesta per alium spiritum
Ad vitam nobis reditum.

Antiph. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Tungren. IV. A. — Antiph. ms. Franciscan. saec. 16. Cod. Bruxellen. 6433. B. — Proprium Boscoducense imp. s. l. et a. C. — 2, 2 Occurrit C. — 3, 4 fuit discernere C. — 4, 1 erat domini A.

357. In Reversione s. Johannis.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Magno salutis gaudio
Exsultet plebs fidelium,
Quae Zebedaei filio
Laudum promit praeconium. | 4. Per quod coelos reseravit,
Cui Deus revelavit
Secreta, quae ediscere
Nulli licet vel dicere. |
| 2. Beatus hic apostolus,
Secreti Dei sedulus,
Quod dum rimatur quaerere,
Jesu cubat sub pectore. | 5. Hujus nos, Christe, precibus
A mortis solve nexibus
Donando indulgentiam
Et peccatorum veniam. |
| 3. De cujus fontis flumine
Illud hausit mirifice,
Scribendo evangelium,
Quo verbi dat principium. | 6. Praesta, pater, per filium
Pacis aeternae gaudium,
Praesta per alium spiritum
Ad vitam nobis reditum. |

Antiph. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Tungren. IV. A. — Antiph. ms. Franciscan. saec. 16. Cod. Bruxellen. 6433. B. — Proprium Boscoducense imp. s. l. et a. C.

358. De sancto Joseph.

- | | |
|--|---|
| 1. Exsultet aula coelica,
Laetetur mundi machina,
Dum refert solis orbita
Joseph sacra solemnina. | 3. Surge, accipe puerum
Et matrem ejus clanculum
Et cum ipso Emmanuel
Ad terram perge Israel. |
| 2. Cui Herode mortuo,
Ecce, apparet illico
In somnis verbis angelus
Ipsam praemonens dulcibus. | 4. Qui consurrexit citius,
Pergit, quo dixit angelus,
Quia quaerentes puerum
Jam intraverunt Erebum. |
| 5. Hujus a culpa nexibus
Eruat piis precibus,
Qui pro tonantis gloria
Ejus canimus hymnia. | |

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521.

359. De sancto Joseph.

- | | |
|--|---|
| 1. Joseph, confessor inclite,
Custos Mariae dominae,
Adesto nostris precibus,
Quas pie tibi fundimus. | 4. Adesse tuis famulis
Dignare dux amabilis,
Sentiant nostra pectora
Tua semper juvamina. |
| 2. O gloriose bajule
Conditoris orbis terrae,
Ut digne demus cantica,
Nostra dirumpe crimina. | 5. O faber beatissime,
Nobis benigne succurre
Nosque supplices respice,
Vota servorum suscipe. |
| 3. O custos matris Domini,
Devotos tuo nomini,
Joseph alme, per aspera
Salva semper et prospera. | 6. Praesta, pater ingenite,
Jesu, cum sancto flamine,
Ut Joseph almi precibus
Jungamur in coelestibus. |

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521.

360. De sancto Joseph.

In 1. Vesperis.

- | | |
|--|--|
| 1. Scriptores evangelici
Narrant, quod generatio
Christi, rectoris coelici,
Sic erat ab initio: | 5. O quam altum consilium,
Absconsus Christus venerat,
Plebs putat fabri filium
Hunc, quem virgo pepererat. |
| 2. Ex Abraham progenie
Patrum genus describitur
Et per David ex semine
Ad Joseph usque ducitur. | 6. Sic per successum temporum
Crescit honesta castitas,
Absque contactu corporum
Christum parit virginitas. |
| 3. Quam magna commendatio
Viri justii cognoscitur,
Carnalis nam successio
Patrum post hunc concluditur. | 7. Custos Mariae virginis,
O sancte Joseph, propera,
In nobis rore flaminis
Aestum carnis refrigera. |
| 4. Divinum per oraculum
Senex accepit virginem,
Intacta per mysterium
Deum concepit hominem. | 8. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Nos cum tuo nutricio
Fac frui coeli gaudio. |

Diurn. ms. Brigittin. saec. 15. Cod. Colonien. 92. [Handschriftliche Zusätze zum Diurn. Colonien. imp. s. 1. et a.] A. — Brev. Othinense imp. Lubecae 1479. B. — Brev. Streguense imp. Holmiae 1495. C. — Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. D.

361. De sancto Joseph.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Joseph fert mentem stupidam
Fugae parans praesidium,
Dum videt sponsam gravidam
Ignoratque mysterium. | 2. Cui angelus apparuit
Et rem sacram exposuit,
Dicens: puellae servias
Intactamque custodias. |
|---|---|

- | | |
|--|--|
| 3. Cujus te pudicitiae
Testem Deus efficiat,
Congratulare gratiae,
Nam salvatorem pariat. | 6. Regalis quoque dignitas
Recte Joseph adscribitur,
Qui virginem per semitas
Associat, quo graditur. |
| 4. Fidelis et obediens
In Bethlehem dum properat,
Professionem faciens
Ipsam secum detulerat. | 7. Regale sacerdotium
Tenentes ex officio,
Per castitatis liliū
Ite Joseph vestigio. |
| 5. Sacerdotis signaculum
Viro sancto conceditur,
Post virginem nam parvulum
Primus tractat, dum nascitur. | 8. Paranymphe ecclesiae,
Parvulorum nutricii,
Attendatis custodiam
Commissi ministerii. |

9. Gloria tibi, Domine.

Brev. Othinense imp. Lubecae 1479. A. — Brev. Strengnense imp. Holmiae 1495. B. — Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. C. — 1, 2 Fugae pavens AC.

362. De sancto Joseph.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Mariae cur conjugio
Viri juncta describitur,
Causarum trium ratio
A sanctis ad hoc traditur: | 4. Ut haec viri solatium
Haberet, ubi pergeret,
Et ad sponsae obsequium
Promptus se sponsum faceret. |
| 2. Christus venit absconditus,
Ut Satanam deciperet,
Et sic partus incognitus
Virginis rite fieret. | 5. Quem angelus edocuit,
Divo monstrans oraculo,
Quocumque ire debuit
Cum matre vel cum parvulo. |
| 3. Ut plebis ab infamia
Mater regis eximia
Servetur eo melius,
Fit Joseph ejus socius. | 6. Qui monitis obediens
Fit testis fidelissimus,
Ad laborandum patiens
Obsequio promptissimus. |

7. Gloria tibi, Domine.

Diurn. ms. Brigittin. saec. 15. Cod. Colonien 92. A. — Brev. Othinense imp. Lubecae 1479. — Brev. Strengnense imp. Holmiae 1495. C. — Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. D.

363. De sancto Joseph.

Ad Vesperas.

1. Iste confessor, patriarcha magnus,
De domo David generosus haeres,
Dignus auctoris hominum vocari
Est pater almus.

2. Qui manens justus, placidus supernis,
Regis aeterni fuit almae matris
Sponsus et custos Mariae, pro nobis
Cuncta regentis.
3. Ad sacrum sponsae thalamum Mariae
Virgo permansit decorans cubile
Atque per votum decoravit aulam
Virginitatis.
4. Unde Bethlehem pariente sponsa
Vidit, agnovit Dominum jacentem,
Quem adoravit hominem Deumque
Cuncta levantem.
5. Sit salus Christo, decus et potestas,
Patris aeterni genito perenni,
Qui pro humani generis salute
Est homo factus.

Antiph. ms. Plagense s. n. saec. 16. — Mel: Iste confessor.

364. De sancto Joseph.

Ad Matutinum.

1. Veni Joseph, pater patrum,
Ostende partum virginis,
Natum patri coaeternum,
Speculum divinitatis.
2. Non ex virili semine
Tuo, sed sponsa virgine
Verbum Dei factum caro
Venit de thalamo tuo.
3. Christo nato sit gloria
Dei patris et virginis
Sub patre Joseph in terra
De dono spiritus sancti.

Antiph. ms. Plagen. s. n. saec. 16.

365. De sancto Joseph.

1. Iste nutritor Domini sacratus,
Festa plebs cujus celebrat per orbem,
Hodie laetus meruit secreta
Scandere coeli.
2. Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit et quietus,
Vita dum praesens vegetavit ejus
Corporis artus.
3. Angelus Dei aparens in somnis
Joseph et dicens: Fuge in Aegyptum
Matremque tollens una cum filio,
Dum dicam tibi.

4. Casti parentes, nobis praedilecti,
Tenebras petunt angelo ductore,
Et illic manent obitum adusque
Regis Herodis.
5. Ad sacrum cujus tumulum frequenter
Membra languentum modo sanitati,
Quolibet morbo fuerint gravata,
Restituuntur.
6. Unde nunc noster chorus in honorem
Ipsius hymnum canit hunc libenter,
Ut piis ejus meritis juvemur
Omne per aevum.
7. Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra coeli residens cacumen,
Totius mundi machinam gubernat
Trinus et unus.

Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. Cod. Pragen. VIII E 1. add.
saec. 17. — 4, 4 Regis ergänzt. — 7, 4 Ternus Jesu redemptor.

366. De sancto Joseph.

- | | |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Collaudemus toto corde
Dei sapientiam,
Virgini qui junxit sorte
Viri diligentiam,
Qui nascentis sine sorde
Aleret infantiam. 2. Sponsum suae providebat
Genitrici Dominus,
Quem Maria non horrebat
Ministrantem cominus,
Virgini dum serviebat
Virgo nihilominus. 3. Quam Johanni commendavit
Ad patrem regrediens,
Ipsam Joseph desponsavit
Rex mundum ingrediens,
Duplex arcam sic velavit
Cherub hoc respiciens. 4. Hortus verae voluptatis
Joseph sunt cubilia,
Ubi flos virginitatis
Pascit inter lilia,
Corda fovens castitatis
Hinc inde parilia. | <ol style="list-style-type: none"> 5. Quem inviolatae matris
Peperit integritas,
Ipsum putativi patris
Aluit virginitas,
Hostibus celatur atris
Hac arte divinitus. 6. Joseph portat, Joseph tractat,
Joseph mulcet oeculis,
Dum Herodes parvos mactat
Artubus minusculis,
Joseph hunc, quem virgo lactat,
Subtrahit periculis. 7. Puer in Aegyptum ductus
Joseph ministerio
Ab eodem post reductus
Patris est imperio,
Maturescit coeli fructus
Sic crucis mysterio. 8. Gloria summo parenti,
Laus aequali filio,
Ab utroque procedenti
Par decus paraclito,
Qui nos salvet praepotenti
Sancti Joseph merito. |
|--|--|

Officia SS. Annae, Joachim, Joseph imp. s. l. et a. (Hain 8748). A. — Brev. Romanum imp. Parisiis 1531. B. — In B hat der Hymnus nur fünf statt acht Strophen; so verkürzt steht er bei Daniel I, 310. — 2, 1 sq. genitrici providebat A. — 5, 5 celatur agris A. — 6, 1 portat Joseph fellem A. — 6, 3 Dum Herodes parvulos infantes mactat A. — 7, 3 Ab eodem est reductus A. — 7, 4 Dei patris imperio A; lies de patris?

367. De sancto Joseph.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Festa nutritoris Jesu
Colant fideles servuli,
Qui humano pavit esu
Nutritorem saeculi.</p> <p>2. Hic pariturae virgini
Digne virgo conjugatur,
Et sic coelestis daemone
Partus tunc occultatur.</p> <p>3. Cui Herode mortuo,
Ecce, apparet illico
In somnis verbis angelus
Praemonens eum dulcibus:</p> <p>4. Surge, accipe puerum
Et matrem ejus clanculum
Et cum ipso Emanuel
Ad terram perge Israel.</p> | <p>5. Qui consurrexit citius,
Pergens, quo dixit angelus,
Quia quaerentes puerum
Jam intrarant gehennium.</p> <p>6. Sancti Joseph suffragia
Nos tueantur jugiter
Et ad regna coelestia
Nos perducant feliciter.</p> <p>7. Ejus a culpae nexibus
Nos eruamur precibus,
Qui pro tonantis gloria
Ejus cantamus numina.</p> <p>8. Gloria summo parenti,
Laus ejus unigenito,
Et ab illis procedenti
Par honor sit paraclito.</p> |
|---|--|

Brev. Romanum imp. Parisiis 1531.

368. De sancto Joseph.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Festa nutritoris Jesu
Colant fideles servuli,
Qui humano pavit esu
Nutritorem saeculi.</p> <p>2. Hic pariturae virgini
Digne virgo conjugatur,
Et sic coelestis daemone
Partus tunc occultatur.</p> <p>3. Illibatus habitavit
Desponsatus cum virgine,
Quam divina fecundavit
Gratia sine semine.</p> | <p>4. Ab aeterno praeparatur
Insignis Joseph nomine,
Venerari quem dignatur
Christus natus ex virgine.</p> <p>5. Natum virginis intactae
Virgo vir Joseph aluit,
Grandiusculus a lacte
Quando cibari voluit.</p> <p>6. Gloria summo parenti,
Laus ejus unigenito,
Et ab illis procedenti
Par honor sit paraclito.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Pedepontanum anni 1398. Cod. Meliten. Pragen. 8. add. saec. 15.
A. — Brev. Carmelit. imp. Venetiis 1579 B. — 2, 4 tunc fehlt AB.

369. De sancto Justo.

1. O Christe, rex justitiae,
Congratulans coetus iste
Jam depromit tibi hymnum,
Suum solvens servitium,
2. Pulsans tuam pietatem,
Flens suam iniquitatem
Martyris in festo Justi,
Quem tibi sanctum fecisti.
3. Quem in primo aevi flore
Saevus occidit mucrone
Veluti florentem rosam
In Jericho speciosam.
4. Sic per tale martyrium
Scandit coeli fastigium,
Adsistit in Dei vultu
Liber ab omni tumultu.
5. Hunc Deus nobis patronum
Fac semper adesse bonum,
Nunc hic nos prece defendat
Et ad coelestia ferat.
6. Quod praestet trinus et unus
Verus Deus et Dominus,
Cui sit honor et gloria
Per saeculorum saecula.

Propr. ms. Eremitense saec. 16. Cod. Eremiten. 93. A. — Propr. ms. Eremitense saec. 16. in. Cod. Eremiten. 616 B.

370. De s. Kanuto Duce.

Ad Nocturnum.

1. Primo proscriptos patria
Parentum imprudentia
Ad praesens premunt propria
Nos peccatorum pondera.
2. Alleviatur sarcina,
Si non per nostra merita,
Ob martyris suffragia,
Cujus sunt haec solemnia.
3. Dux, ora regem gloriae,
Qui sponsus est ecclesiae,
Ut nos in ejus corpore
Servet in pacis foedere.
4. Parce, pater, reatibus
Patroni nostri precibus,
Devictis cunctis hostibus
Pax sit nostris temporibus.
5. Patri, proli, paraclito
Trinus honor uni Deo,
Cujus nobis professio
Peccati sit remissio.

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517.

371. De s. Kanuto Duce.

Ad Laudes.

1. Gaudet mater ecclesia,
Quae pridem prolis nescia,
Fecunda sponsi gratia
Fit sterilis puerpera.
2. Frustrata legis foedere
Cessat ancilla parere,
Sed fides in baptisate
Praeponeit partus liberae.
3. Plures parit martyrio,
Quorum ducem consortio
Sancta junxit devotio
Et sanguinis effusio.
4. O pie proles regie,
Dux et martyr egregie,
Tuo sancto munimine
Conserva nos a crimine.

5. Ora patrem familias,
Ut inter Sion filias
Post funeris exsequias
Nostras jungat animas.

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517.

372. De s. Kanuto Rege.

In Vesperis.

- | | |
|---|--|
| 1. Caterva nostra laudibus
Jam concrepet solemnibus
Regis Kanuti gloriae
Solvens melos laetitiae. | 4. Horrescit ignis atriis
Haerere sacratissimis,
Cum rex pius mysteriis
Communicatur vividis. |
| 2. Quem perfidorum cuneus
Saeclo sequestrans fraudibus
Transmisit ad perennia
Comptum cruore gaudia. | 5. Saxis sagittae vulnera
Addunt cruentae rosea,
Sed perforati lancea
It spiritus ad sidera. |
| 3. Circumdatus periculis
Haeret Dei peribolis
Et mente perfert fervida
Plebis furentis spicula. | 6. Hinc debitas nos cernui
Laudes canamus servuli
Patri piaequae soboli
Et utriusque flamini. |

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. A. — Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. B. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. C. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. D. — 2, 3 Transivit D. — 3, 2 peribolis AD. — 3, 3 Et fehlt C. — 4, 3 Quo rex AD, Qua rex B. — 5, 3 Rege confosso lancea BC. — 6, 3 pioque ABC.

373. De s. Kanuto Rege.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Magnae dies laetitiae
Nobis illuxit hodie,
Quo rex Kanutus Daciae
Thronum conscendit gloriae. | 3. Sub juventutis tempore
Vitam refruens lubricam,
In delicato corpore
Conservat innocentiam. |
| 2. Qui stirpe natus regia
Regalique prosapia
In tota luxit Dacia
Virtutum per vestigia. | 4. Ad recreandum pauperes
Manus ejus largissima
Ad protegendum debiles
Et flebiles promptissima. |
| 5. Per hujus sancti merita,
Jesu, redemptor omnium,
Dimitte nobis debita
Et da perenne gaudium. | |

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517.

374. De s. Kanuto Rege.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Accelerant, ut rapiant,
Iniqui coetus hominum,
Persequuntur et vigilant
Regem suum et dominum. | 3. Regem digne mirificat
Sanitatum frequentia,
Quam testatur et praedicat
Languentum cura varia. |
| 2. Ab iniquis dum plectitur,
Dignum linquit memoria,
Pro fide Christi moritur
Rex sanctus in ecclesia. | 4. Regis prece dulcissima
Nos, Deus clemens, adjuva
Et mundi de miseria
Perduc ad coeli gaudia. |
| 5. Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri et filio,
Sancto simul paraclito
Regali pro victoria. | |

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. — 1, 4 suum ergänzt. — 2, 4 sanctus et ecclesia.

375. De sancta Katharina.

1. O patris gloria, proles virginea,
Jesu, rex inclite, psallentes protege,
Cum laudes virginis praeclari nominis,
Katharinae concinimus.
2. Quae sub Maxentio torquetur impio
Fame, carceribus, rota, verberibus,
Cruorque tenera purpurat latera,
Mucrone tandem caeditur.
3. Quam condunt angeli in monte Sinai,
De cujus olei corpore rivuli
Manant perenniter, unde salubriter
Aegris confertur gratia.
4. Nos, virgo regia, transfer ad gaudia,
Ut tuis precibus sanctorum coetibus
Admixti jugiter fruamur dulciter
Deitatis deliciis.
5. Praesta hoc, genitor optime maxime,
Hoc tu, nate Dei et bone spiritus,
Regnans perpetuo fulgida trinitas
Per cuncta pie saecula.

Diurn. ms. Steinfeldense saec. 15. Cod. Darmstadien. 1104. A. — Brev. ms. Coloniense saec. 15. Cod. Namurcen. 45. B. — Brev. ms. Coloniense saec. 15. Cod. Bruxellen. 3023—24. C. — 1, 4 praecinimus C. — 5, 2 Tuque nate C.

376. De sancta Katharina.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Gaude, coelestis curia,
Nostra resultet patria,
Dum recensentur annua
Katharinae sollemnia.</p> | <p>3. Hinc decollatam angeli
In monte condunt Sinai,
De cujus membris olei
Perennes manant rivuli.</p> |
| <p>2. Quae spreto mundi gaudio
Torquetur a Maxentio,
Fame, siti, carceribus,
Rotis, flagris, verberibus.</p> | <p>4. O decus pudicitiae,
Nos oleo laetitiae
Tua perunctos gratia
Transfer ad coeli gaudia.</p> |
5. Jesu, benigne Domine,
Hujus pio precamine
Fac nos in patris gloria
Tua frui praesentia.

Brev. ms. Coloniense saec. 15. Cod. Namurcen. 45.

377. De sancta Katharina.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. O quam pura laudatio,
Quam dulcis exsultatio,
Cum Deus absque nubilo
Cordis laudatur júbilo.</p> | <p>3. His affecta multimodis
Katharina deliciis
Mundi contempsit gaudia
Suspiciens ad coelestia.</p> |
| <p>2. Hic dulcor et si afficit,
Mentem replet et reficit,
Praecellit quidem omnia
Terena desideria.</p> | <p>4. Carnis soluta nexibus
Sponsi sui amplexibus
Gaudens hac die jungitur,
Quo sine fine fruitur.</p> |
5. Jesu, benigne Domine.

Brev. ms. Coloniense saec. 15. Cod. Namurcen. 45. A. — Brev. ms. Coloniense saec. 15. Cod. Bruxellen. 3023—24. B. — Ad Nocturnum in B.

378. De sancta Katharina.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Christe, sponsus ecclesiae,
Fons vivus innocentiae,
Katharinae prece, poscimus,
Nos tuere propitius.</p> | <p>3. Ne nos permittat saeculi
Hujus ex mole conteri,
Sed nos ad locum subvehat,
Ubi lux lucis luceat.</p> |
| <p>2. O sponsa Christi provida,
Virilis tactus nescia,
Pro nobis prece sedula
Rogando Christum supplica.</p> | <p>4. Deo patri sit gloria
Ejusque soli filio,
Cum spiritu paraclito
Et nunc et in perpetuum.</p> |

Hymn. ms. Montis S. Mariae (?) saec. 13. Cod. Guelfenbyteran. 1257 (Helm 1150).

379. De sancta Katharina.

Ad Completorium.

- | | |
|--|---|
| 1. Perplexa mundi retia
Cavit, scidit viriliter,
Cujus modo solemnna
Amplectimur solemniter. | 3. In carceris custodia
Non marcuit jejunio,
Columba fert cibaria,
Cui Christus est refectio. |
| 2. Haec caesa virgis ferreis
Dirisque scorpionibus,
Plus femina, non est eis
Mutata torsionibus. | 4. Favus sacrae dulcedinis
Novae lucis est claritas,
Est Katharinae virginis
Praedulcis haec solemnitas. |
| 5. Nobis pater cum filio
Sanctusque praestet spiritus,
In virginum collegio
Ut computemur coelitus. | |

Psalt. ms. Veteris Montis saec. 13. Cod. Dusseldorpin. C 58. add. saec. 14. A. — Antiph. ms. Cisterciens. Neerland. saec. 14. Cod. Pianoren. M 1. B. — Diurn. ms. Kirchheimense (?) Cod. Maihingen. II 1. 8° 18. C. — Clm. Monaccn. (ol. Emmeramen.) 14926. saec. 15. D. — 2, 4 torsionibus B, tunsionibus A. — 4, 3 Est fehlt BCD. — 4, 4 Praedulcis est solemnitas BCD. — 5, 4 Ut copulemur BCD.

380. De sancta Katharina.

Ad Completorium.

- | | |
|---|---|
| 1. Salve, virgo gloriosa,
Super omnes speciosa,
Regi regum sociata,
Fulgens digne laureata. | 4. Ave, martyr Deo grata,
Audi virgo nos beata,
Nobis veniam implora
Et suscipe mortis hora. |
| 2. Ave, virgo ter beata,
Veri sponsi sponsa grata,
Jesu Christo dedicata,
Fulgens quasi liliata. | 5. Gaude, felix Katharina,
Peccatorum medicina,
Virgo sponsa [Christi bona],
Jesu tecum frui dona. |
| 3. Jesum sponsum contemplaris,
Ipso plene satiaris,
Cui, virgo, nos commenda
In illa die tremenda. | 6. Gloria regi sanctorum,
Qui per Katharinam [chorum]
Jungat festis angelorum
In saecula saeculorum. |

Diurn. ms. Mechliniense saec. 15. Cod. Arch. Gandaven. 100. — 2, 4 quasi lilium. — 4, 1 Ave mater. — 4, 3 veniam impetrata. — 5, 3 O virgo sponsa. — 6, 3 Nos jungat.

381. De sancta Katharina.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, rosa Katharina,
Christi sponsa et regina,
Virgo, martyr Deo digna,
Dulcis, mitis ac benigna. | 3. Sic sol luna lucidior
Et luna sideribus,
Sic Katharina dignior
Omnibus virginibus. |
| 2. Costi regis filia,
Sprevisti mundi gaudia,
Vera imitatrix Christi
In passione sanguinis. | 4. Ebur candens cum saphyro
Radians in mundi gyro,
Sic virgo felix Katharina
Vernans coelesti gloria. |
| 5. O rosa paradisi,
More flagrans balsami,
O virginalis castitas,
Nos transfer ad coelestia. | |

Grad. ms. Wommensteinense saec. 14. in. Cod. Carolsruhan. Won. 1. —
2, 2 mundum cum gaudio.

382. De sancta Katharina.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Plaudat laetitia,
Fugiat moestitia,
In laude virginis,
Sacri germinis
Laudant natalia
Quaeque fatalia. | 2. Regis tu filia,
Patrem cum filio
Nobis concilia,
Cernens humilia
Da post exsilia
Tua cubilia. |
| 3. Virgo Katherina,
Colens nomina trina,
Patrem et filium
Et spiritum sanctum
Nobis impertire
Post vitae planetum. | |

Brev. ms. Wingartense (?) saec. 14. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 76. —
1, 4 Lies sacrati. — 2, 2 cum filia.

383. De sancto Ketillo.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Alternatim sonent voces
et dulci concordia,
Laudum melos regi regum
concinat ecclesia,
Qui Ketillum immortalis
coronavit gloria. | 2. Cujus nutu et virtute
gubernantur omnia,
Hunc electum sibi servum
ante mundi tempora
Praecognovit admiranda
illustrandum gratia. |
|--|--|

3. A diebus juventutis
pium, castum, humilem
Praesciebat, largum, mitem,
caritate praecluem
Et virtute meritorum
jam inaestimabilem.
4. Qui per signa adhuc vivens
renitebat varia,
Nunc subjectus ad superna
operatur plurima
Resplendensque cum electis
in perenni gloria.
5. Trino Deo in personis,
uni in substantia
Summus honor, summa virtus,
summa sit et gloria,
Cujus regnum et potestas
per aeterna saecula.

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. A. — Brev. Roschildense imp.
Parisiis 1519. B. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. C.

384. De sancto Ketillo.

Ad Nocturnum.

1. Festiva dies colitur,
In qua migrasse traditur
Christi fidelis assecla,
Ketillus ad coelestia.
2. Sonent ergo nunc tinnuli
Harmoniarum moduli,
Et collaudemus consona
Voce Dei magnalia.
3. Qui coruscantem meritis
Et virtutum prodigiis
Conscivit sanctum hunc sacro
Sanctorum contubernio.
4. Deo patri sit gloria
Ejusque soli filio
Cum spiritu paraclito
Et nunc et in perpetuum.

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. A. — Brev. Roschildense imp.
Parisiis 1517. B. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. C.

385. De sancto Ketillo.

Ad Laudes.

1. Refulget dies annua,
Quae ad festa continua
Quorumque suspirantium
Movet mentes fidelium.
2. Unde praedulci Domino
Canamus dulci jubilo
In hac sui sanctissimi
Solemnitate famuli.
3. Qui de verbi dulcedine
Gregem consuevit pascere
Et in collecto pauperum
Coetu collegit Dominum.
4. Nunc Marthae vicem exsequens,
Nunc cum Maria residens,
Per utriusque meritum
Vitae nactus est praemium.
5. Laus, honor, vitus, gloria.

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. A. — Brev. Roschildense imp.
Parisiis 1517. B. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. C.

386. De sancto Kiliano.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Proles de coelo exiit
Novis utens prodigiis,
Coelum ignaris prodidit
Calcans mare vestigiis. | 4. Tradit huic apostolicus
Virtutem sacri impetus,
Seminare incredulis
Veritatem altissimi. |
| 2. Spoliatis Aegyptiis
Germaniam ingreditur,
Qui de Scotorum genere
Novellus flos producitur. | 5. Reparavit virtutibus
Praesul suum hospitium,
Dum templum Christo consecrat
Cordis sanctarum mentium. |
| 3. Assumptis secum sociis
Herbipolim ingreditur,
Ditatus hinc divitiis
Romam laetus regreditur. | 6. Legem, prophetas, gratiam
Exponit hic multimode,
Gratum gerens obsequium
Christo paravit populum. |

7. Deo patri sit gloria.

Officia ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — 1, 1 Proles Deo exiit. — 1, 2 utens signis. — 1, 3 prodidit. — 2, 1 Kilianus Aegyptum spolians. — 2, 2 Dives Germaniam ingreditur. — 2, 3 De Scotorum genere. — 3, 1 Assumptus cum sociis. — 3, 2 Ditatus illic. — 4, 2 sacre. — 4, 4 Virtutem. — 5, 1 Reparavit. — 5, 3 Dum fehlt. — 5, 4 Cordis commodum sanctarum. — 6, 1 et gratiam. — 6, 4 parat. — Zu vergleichen ist der Franciskus-Hymnus gleichen Anfangs (Mone III, 308), von dem der vorliegende eine Überarbeitung ist.

387. De sancto Kiliano.

- | | |
|---|--|
| 1. Chorus cantet jucundius,
Quo Kilianus amplius
Passus est cum consortibus,
Exsultet coelum laudibus. | 4. Athletarum occisio
Urbis regeneratio,
Ut tua dispositio,
Jesu, nostra redemptio. |
| 2. Felix mater Scotia,
Felicior Franconia
Martyrum per innumera
Aeterna Christi praemia. | 5. Lutum cruore dedicant,
Gentem Francorum praedicant,
Errorum cedunt tenebrae
Jam lucis orto sidere. |
| 3. Legantur tres Herbipolim,
Francorum ad metropolim,
Stabuli ubi obeunt,
Vexilla regis prodeunt. | 6. Trino Deo et simplici
Corde canamus supplici,
Nos ducas ad consortium.
Deus, tuorum militum. |

Antiph. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 410. — 2, 1 Lies Felix es? — 3, 3 fehlt eine Silbe. — 6, 2 und 3 umgestellt.

388. De sancto Kiliano.

1. Veneremur beatorum
Martyrum solemnia,
Ut in die patronorum
Festiva laetitia
Sentiamus nos eorum
Votiva suffragia.
2. Qui dum vera pugnauerunt
Pro fide viriliter
Et eandem docuerunt
Teneri fideliter,
Sempiterna meruerunt
Coronam feliciter.
3. Trinum Deum sunt confessi
Trino in martyrio,
Nec ab uno sunt digressi
Fidei mysterio,
Quem laudemus indefessi
Cordis, oris júbilo.
4. Ex occasu illustrari
Solis ortus stupuit,
Ab extremo nobis mari
Dum lumen emicuit,
Per quod nos ad se vocari
Deo nostro placuit.
5. Kiliane, pastor bone,
Tuas oves refice,
Colonate, in agone
Colluctantes respice,
O Totnane nos patrone
Turbæ júnge coelicae.
6. Praesta nobis hoc beata,
Vera, una trinitas,
Nostra dilue peccata,
Trina, una deitas,
Per te venia sit data,
Trina, una unitas.

Brev. ms. Wirceburgense saec. 15. Cod. Wirceburgen. Mp. th. o. 11.

389. De sancta Kunegunde.

1. Laetis pangamus vocibus
Kunegis sanctae merita,
Devotis illi cordibus
Dicamus laudum carmina.
2. Cujus vita laudabilis,
Tota pollens virtutibus,
Coelestis fit amabilis
Regis placens obtutibus.
3. Data Henrico socia,
Mundi monarchae nobili,
Carnis spernentes vitia
Spe Christo vivunt stabili.
4. Servata castimonia
Carnis haeredem respuunt,
Degunt in sanctimonia,
Se, sua Christo tribuunt.
5. Plantis igniti vomeres
Nudis iter dant roseum,
Pedes illaesa teneres
Sic purgat adulterium.
6. Nota neptis accidia,
Dum genam ferit alapa,
Infixa manent stigmata
Adusque vitae tempora.
7. Mancam abjectam manibus
Sustentat solis radius,
Quam reddit offertorio
Completo more regio.
8. O digna Christi vernula,
Pro nobis Deo supplica
Ut post haec transitoria
Praestet aeterna gaudia.
9. Ergo, Dei tu famula,
Kunegundis, per saecula
Christo conregnans veniam
Nobis poscas et gratiam.
10. Deo patri sit gloria
Ejusque soli filio
Cum spiritu paraclito
Et nunc et in perpetuum.

Brev. ms. Nurembergense anni 1412. Cod. Civit. Nurembergen. VII. 43. —
5, 1 vomeris. — 6, 2 gena. — 7, 2 solis.

390. De sancto Lamberto.

1. Fulges salvifico nomine martyr,
Custos ecclesiae pastor et alme,
Munis atque regis quam vice Petri,
O Lantberte, gerens proelia Christi.
2. Defensor patriam climatis hujus
Compsisti rosei sanguinis undis,
Hanc ut coeligenis jungere possis,
Tempus cum fuerit, currere coelis.
3. Tu nos a vitiis carne coactis
Ac vinclis pariter solve malignis,
Deposcens Dominum, quo regat aptos
Nos et laetificet pace potitos.

Cod. Bruxellen. 14650—59 saec. 10. „Hymnus sancti Lantberti“ folgt unmittelbar der Vita metrica „Pagani ritus“, welche im Auftrage Stephans, Bischofs von Tongern (Lüttich) 903—920, verfasst worden. J. Demartau hat im Bulletin Archéologique Liégeois S. 383 ff. wahrscheinlich gemacht, dass der Verfasser der Vita metrica Huebald von Saint-Amand war. Derselbe wäre dann auch Verfasser dieses Hymnus.

391. De sancto Laurentio.

1. Adest triumphi palma nobilissimi,
Dies celebris Laurentii martyr,
Cujus trophaeo gratulantes inclito
Melos canamus in honore debito.
2. Felix talenti distributor crediti,
Levita fulsit clarus in miraculis
Alensque censu corporali pauperem,
In se frementem concitavit iudicem.
3. Artatus inde ducitur praetorio,
Percurrit unguis cum dolore carneo,
Post haec feroci sauciatus vulnere
Torquetur, ardet semiusto corpore.
4. Objecta victor mitigans incendia
Cruore scandit laureatus coelica,
Illic superno praeditus charismate
Potatur agni sacrosancto sanguine.
5. Ergo precamur, martyr invictissime,
Ad nos serena sanctitate respice,
Cujus levamen exspectantes poscimus,
Votis faveto supplicantum, quaesumus.
6. Adesto nobis, sempiterna trinitas,
Intende servis, trinitatis unitas,
Per gloriosa Laurentii proelia
Fac nos perenni munerari gloria.

Brev. ms. Venetum saec. 14. Cod. Marcianus L 1 81. A. — Brev. S. Donatiani Brugen. imp. Parisiis 1520. B. — 1, 2 celebris fehlt A. — 2, 3 sensu corporali AB. — 3, 1 Hortatus inducit praetorio A. — 3, 4 Torquetur ardens se in isto corpore A. — 4, 3 perdictus A. — 6, 3 Laurentii merita A. — Nach Str. 3 Divisio ad Laudes A.

392. De sancto Lazaro.

1. Veni, creator siderum,
Terge maculas scelerum,
Devoti tibi famuli
Precibus sancti Lazari.
2. Qui te convivam saepius
Habuit et alacrius
Recepit aede propria
Ministrante Martha pia.
3. Hunc suscitasti, Domine,
Sacro spirante flamine
Prece ejus nos visita
Visitatosque suscita.
4. Qui actibusque floruit,
Vitam suam non timuit
Pro tuo sacro nomine
Perdere suo sanguine.
5. Ob hoc ipsum perpetuo
Vis pleno frui gaudio,
Quem ostendisti lacrimis
Amicum fore numinis.
6. Laus patri sit et genito,
Decus atque paraclito,
Beatus vero Lazarus
Oret pro nobis omnibus.

Brev. ms. Nissense saec. 15. Cod. Wratislaviens. I Q 246. A. — Brev. ms. Sanganense saec. 15. Cod. Wratislaviens. I O 89. B.

393. De sancto Lebuino.

1. Votorum Deus arbiter,
Quae dant fideles pariter,
Rogamus, nostris vocibus
Ut annuas propitius.
2. Per Lebuini merita
Quo solvas nostra crimina,
Quibus quasi compedibus
Illaqueati sternimur.
3. Sed quod nequimus consequi
Reatu multo saucii,
Id Lebuino tribuas,
Qui sanctis tuis nil negas.
4. Hic nobis dux et praevious
Sit in periculis omnibus,
Cujus precatu territus
Fatiscat hostis invidus.
5. Hic nos purgatos sordibus
Restituat coelestibus,
Ubi felici gaudio
Fruamur aevi termino.

Sequentiae et Hymni per totum annum imp. Daventriae 1494.

394. De sancto Leodegario.

1. O martyr Leodegari,
Miles invicte Domini,
Athleta fortis, famulis
Nobis fave poscentibus.
2. Christi crucem tu bajulas,
Corpus tuum mortificas,
Caduca spernens gaudia,
Superna ferens praemia.

- | | |
|--|---|
| 3. Nunc ergo nobis, quaesumus,
Praesens adesto cominus,
Omne impetrando commodum
Et post perenne gaudium. | 4. Praesta, pater piissime,
Patrique compar unice
Cum spiritu paraclito
Nunc et per omne saeculum. |
|--|---|

Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 84.

395. De sancto Leonhardo.

Ad Noct. et Laud.

1. Gaudeat Christo populus redemptus,
Terra laetetur jubilentque coeli,
Et diem festi recolat fidelis
Plebs Leonhardi.
2. Stirpe Francorum Leonhardus ortus,
Patribus mundo, pietate Christo
Clarus, hunc illi sapienter unum
Praetulit omni.
3. Verba Remigi tua sancte praesul
Mente concepit, patefecit actu
Et tuos mores fuit aemulatus,
Facta secutus.
4. Hinc domo patris patriaque terra
Atque cognato populo relictis
Solutus abscedens Abraham recessu
Retulit isto.
5. Exsul in mundo propiorque coelo,
Pauperem pauper Dominum secutus,
Vasta deserti petit Aquitani
Versus ad orbem.
6. Fons scroben siccam refluens replevit,
Conjugem nupta, domina clientes,
Prole reginam meritum beati
Lactificavit.
7. Vinculis vinctos, pede claudicantes,
Luce caecatos, animis tyrannos
Solvis, instauras, radias, refrenas,
O Leonharde.
8. O vir insignis, mala cuncta solvens,
Solve peccati manicis ligatos,
Vinculis carnis simul absolutos
Nos fer ad astra.

9. Laus in excelsis tibi, laus in orbe,
Trinitas simplex, Deus alme, detur,
Da reis vitam, tua qui dedisti
Praemia sanctis.

Brev. ms. Basilense saec. 13. Cod. Engelbergen. 107. add. anni 1429.
A. — Antiph. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 529. B. — 1, 3 sq.
plebs fidelis A. — Vor Str. 5. Divisio A.

396. De sancta Lucia.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Gaudeat chorus virginum
Canens novam melodiam,
Et tu, mater ecclesia,
Lauda Christi clementiam.</p> <p>2. Qui rosam delectabilem
De qua coelestis curia
Ornatur mirabiliter,
Plantat de terra arida.</p> | <p>3. Ex matre tunc Eutitia
Lucia est progenita,
Quae spernens mundi gloriam,
Christi sequens vestigia.</p> <p>4. Dies illuxit gaudii,
In qua martyr eripitur
De gravi carnis saeculo
Et dulci sponso jungitur.</p> <p>5. Laus tibi, rex altissime,
Qui Luciam virginem
Post brevis spatium vitae
Coronas serpto perpete.</p> |
|--|---|


Antiph. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 410. — 2, 4 Plan-
tavit de terra. — 3, 3 Quae fehlt. — 4, 2 martyr ergänzt. — 5, 4 serpto
perpetuo. — Vgl. den Hymnus gleichen Anfangs de S. Margareta.

397. De sancto Lucio.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Gaude, mater ecclesia,
Christi suffulta gratia,
Ob patris nostri merita
Nova depromens cantica.</p> <p>2. Athleta Christi Lucius,
Vir totus apostolicus,
A luce nomen traxerat,
Quod factis declaraverat.</p> <p>3. Pius, pudicus, humilis
Vivendi normam praebuit,
In lege Christi docilis
Verbis, exemplis micuit.</p> | <p>4. In fide luxit crebrius
Per signa, per prodigia,
Mundum calcans sub pedibus
Manum misit ad fortia.</p> <p>5. Jesu, dulce refugium,
Spes nostra, te laudantium
Ob tanti patris meritum
Peccati solve debitum.</p> <p>6. Uni Deo sit gloria
Pro multiformi gratia,
Qui mundi post haec stadia
Dat justis vitae praemia.</p> |
|--|--|

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. A. — Brev. Roschildense imp.
Parisiis 1517. B. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. C. — Str. 3
und 4 umgestellt C.



398. De sancto Lucio.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| 1. Ad laudem Christi Domini
Sanctus laudetur Lucius,
Qui rem conformat nomini
Gestis et dictis lucidus. | 3. Triumphat per martyrium
Christi fortis in acie,
Et contemplatur Dominum
Jam revelata facie. |
| 2. Lucet verbis, miraculis,
Christi sequens vestigia
Tormenta fert tyrannidis
Cum omni patientia. | 4. Jesu, dulce refugium,
Spes nostra, te laudantium
Ob tanti patris meritum
Peccati solve debitum. |
5. Uni Deo sit gloria.

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. A. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. B. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiac 1519. C. — 1, 4 dictis vividis A. — 3, 3 contemplator A.

399. De sancto Lucio.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Magnae dies laetitiae,
Quo pater noster Lucius
Ad thronum coeli gloriae
Martyr pervenit inclitus. | 3. Mors corporis contemnitur,
Dum Christi mors attenditur,
Vincit ergo, dum vincitur.
Magis vivit, dum moritur. |
| 2. Carnem afflixit jugiter
In labore multiplici,
Pro fide stat viriliter
Pugnans corde non duplici. | 4. Occumbens enim hodie
Cum rege vivit gloriae,
Cujus precamur precibus
Nos coeli junge civibus. |
5. Jesu, dulce refugium.

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. A. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. B. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. C.

400. De sancto Ludgero.

1. En, dies anno remeat peracto,
Quo sacer summi Domini sacerdos
Digna Lutgerus proprii laboris
Praemia sumpsit.
2. Hic enim dono meruit superno
Emori culpis, Domino renasci
Atque coelorum penetrare culmen
Carne relicta.
3. O piam Christo revelante mortem,
O sacerdotem nimium beatum,
Cujus excrevit decus atque virtus
Munere leti.

4. Qui licet fuso minime cruore
Sorte praereptus fuerit suprema,
Attamen votis retinebit istum
Morte honorem.
5. Quem ab adstanti modo hac caterva
Cuncta poscamus remove dire
Et bonum semper dare consequenter
Omne per aevum.
6. Quo malis cunctis procul effugatis
Et bonis jugi prece consecutis
Semper in sanctis recinamus ejus
Omnipotentem.
7. Gloriam patri simul atque nato,
Gloriam almo spiritui perenni,
Gloriam sanctis simul universis
Rite canentes.

Brev. ms. S. Ludgeri Helmstadien. saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. 433 (H. 398) A. — Hymn. ms. S. Ludgeri Helmstadien. saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. 1455 (H. 1341) B. — 4, 4 Martyr A; honorem fehlt A. — 5, 1 Nunc abstastan A. — 6, 2 prece et securus A. — 6, 3 bis 7, 3 fehlen A. — 7, 3 sanctis fehlt B; Semper in sanctis A.

401. De sancta Ludmilla.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Laudes promat ecclesia
Cum multiplici gaudio,
Nam haec sancta solemnia
Deus illustrat radio. | 3. Fraglans odor de tumulo
Cum virtutum frequentia
Dat in Ludmillae populo
Sanctitatis indicia. |
| 2. Qui post sacras exsequias
Dat Ludmillae matris piae,
Ut ad ejus reliquias
Fluant virtutes variae. | 4. De coelis luminaria
Tumbam septenis vicibus
Visitarunt ardentia
Fragrantem sacris ossibus. |
| 5. Trino Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Nam agminis jam coelici
Gaudet Ludmilla patria. | |

Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Pragen. VII A 12. A. -- Brev. ms. Pragense saec. 15. Cod. Palat. Vindobonen. 1674. B. — Brev. Pragense imp. Nurembergae 1502 C. — 3, 1 Flagrans C. — 4, 4 Flagrante sanctis A. — 5, 4 Ludmilla gaudet C.

402. De sancto Magno.

1. Deus piissime, pater, dignare,
Altis te vocibus ut collaudemus,
In patroni almi nomine Magni.

2. Qui tibi meritis placuit sanctis,
Hujus nunc precibus adesto pius
Et tu, Deus, nostris ignosce noxis.
3. Castis ut mentibus omnes possimus
Mortem evadere, vitam tenere
Regnantes tecum, Christe rex regum.
4. Sit patri gloria, nato corona,
Sancto spiritui jubilent cuncti,
Par potestas trino, uni, aeterno.

Brev. ms. Faucense saec. 14. Cod. Maihingen. II 1. 4° 7. A. — Brev. Faucense saec. 15. Cod. Maihingen. I 2. 8° 13. B. — Brev. ms. Faucense saec. 15. Cod. Maihingen. II 1. 8° 14. C. — 2, 3 Hujus nos B. — 3, 3 Regnanti tecum B. — In B stehen außerdem auf Magnus übertragen die beiden Hymnen auf Nicolaus Tolentinus, Mone III 466.

403. De sancta Margareta.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaudeat chorus virginum
Canens novam harmoniam
Et tu, mater ecclesia,
Lauda Christi clementiam. | 4. Puella felle caruit,
Humilitate floruit,
Unde non dedignata est
Oves nutricis colere. |
| 2. Qui rosam delectabilem,
De qua coelestis curia
Ornatur mirabiliter,
Plantans de terra arida. | 5. Virgo electa Domini,
Sis memor tui memorum
Et auctorem laudum harum
Salva, decus puellarum. |
| 3. Ex patre Theodosio
Margareta est genita,
Quae spernens vana idola,
Christi sequens vestigia. | 6. Laus tibi, rex piissime,
Qui Margaretam virginem
Post brevis vitae spatium
Ornans serpto perpetuo. |

Brev. ms. Dominican. saec. 14. Cod. Carolsruhan. Pm. 79. add. saec. 14.
A. — Orat. ms. Dorotheae de Mittelhusen anni 1449. Clm. Monacen. 10930.
B. — 4, 1 velle caruit A. — 6, 4 serpto perpetuum B.

404. De sancta Margareta.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Dies illuxit gaudii,
In quo virgo eripitur
De gravi carnis sacco
Et suo sponso jungitur. | 3. Nam virgo erat florida,
In mira pulchritudine,
Nec eam sol fuscaverat,
Sed quasi rosa floruit. |
| 2. Hanc insanus Olybrius
Videns in pastu ovium,
Quam ille statim cupiens
Vult in uxorem ducere. | 4. Haec jussione praesidis
A militibus capitur
Et iniquo Olybrio
Virgo est praesentata. |

5. Hic puellae sermonibus
Confunditur in omnibus,
Nec potens eam vincere,
Quam pius Deus protegens.
6. Laus tibi, rex piissime,
Qui Margaretam virginem
Post brevis vitae spatium
Ornans serpto perpetuo.

Brev. ms. Dominican. saec. 14. Cod. Carolsruhan. Pm. 79. A. — Orat. ms. Dorotheae de Mittelhusen anni 1449. Clm. Monac. 10930. B. — 1, 3 De gravi fehlt, A; saeculo A. — 1, 4 Et suo vero sponso A; Et suo nunc sponso B. — 2, 4 Ad uxorem ducere AB. — 4, 4 fehlt eine Silbe; lies Virgo fuit? — 5, 3 Nec fehlt A. — 6, 4 serpto perpetuum B.

405. De sancta Margareta.

Ad Laudes.

1. Solemnis dies virginis
Celebretur cum gaudio,
Quae novam dans laetitiam
Supremo choro virginum.
2. Caput draconis horridi
Calcans virgo sub pedibus,
Qui clamans voce quaerula,
Ut sibi virgo parceret.
3. Felix puella caeditur
Ac laniatur unguis
Ignibusque comburitur
Et dolio immittitur.
4. Tandem virgo Margareta
Ad decollandum ducitur,
Quae se et sui memores
Supplex Domino commendans.

5. Laus tibi, rex piissime.

Brev. ms. Dominican. saec. 14. Cod. Carolsruhan. Pm. 79. — 2, 3 Quae clamans. — 2, 4 Fehlen zwei Silben; virgo ergänzt. — 3, 2 Ac lania unguis. — 4, 3 Et quae se. — 4, 4 Super Deo commendans.

406. De sancta Margareta.

Ad Laudes.

1. Pange, lingua, gloriosae
Virginis martyrium,
Gemmae jubar pretiosae
Descendat in medium,
Ut illustret tenebrosae
Mentis domicilium.
2. Virgo poenis jam attrita
Obscuro ergastulo
Praesentatur, praemunita
Fidei signaculo,
Genu flectit, orat ita
Cum devoto animo:
3. Inimicum mihi pande
Me volentem laedere,
Nec me sinas, Jesu Christe,
Tormentis deficere,
Sed dare conchristianis
firmam spem victoriae.
4. Vox completur, mox videtur
Daemon tanti sceleris
Et, dum parat deglutire
Corpus sanctae virginis,
Superatur et damnatur
Nutu summi iudicis.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519.

407. De sancta Margareta.

1. Pange, lingua, Margaretae
virginis praeconia,
Summi castae sponsae regis,
quam laudat ecclesia
Universa, nam temptantem
trivit cum victoria.
2. Dum contempsit furiosi
praeceptum Olybrii,
Idolorum spreuit cultum
spe coelestis praemii,
Mancipatur tenebrosis
mox locis ergastuli.
3. Flagellatur, concrematur
ignitis lampadibus,
Constanter non suspiravit
poenis horribilibus,
Coronari sed optavit
sanctis cum virginibus.
4. Extendens cervicem sacram
exspectabat gladium,
Pctit ab iniquo Malcho
exorandi spatium,
Precatus cordis et oris
direxit ad Dominum.
5. Bonis spretis et completis
tormentis crudelibus
Sponsa Christi speciosa
jungitur martyribus,
Caput sanctum decollatur
saevis carnificibus.
6. Genitori genitoque
laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
sit et benedictio,
Procedenti ab utroque
compar sit laudatio.

Antiph. ms. Lubicense saec. 15. Cod. Lubicen. s. n.

408. De sancta Margareta.

1. Pange, lingua, Margaretae
Lacrimam et gaudium,
Laudem sonent voces laetae
De concentu cordium,
Applaudentes sint athletae
Laetae post supplicium.
2. Hanc Olybrius molitur
Virginem seducere,
Nec promissis emollitur
Nec terretur verbere,
Compeditur, custoditur
Taetro clausa carcere.
3. Carcerata deglutitur
A ventre pestifero,
Liberatur, dum munitur,
Signo salutifero,
Daemon alter compeditur
Virginis calcaneo.
4. Post educta Margareta
Praefectum Olybrium
Non formidat, quia laeta
Sustinet martyrrium
Et confundit verbi meta
Errores gentilium.
5. Pendens ungue laceratur,
Torquetur incendio,
Virgis caesa religatur
Frustra mersa dolio,
Cum qua tandem decollatur
Credens multa concio.
6. Hujus ergo concionis
Concordi constantia
Vim humanae passionis
Pari patientia
Superemur, ut cum bonis
Laetemur in gloria.

Psalt. ms. S. Mariae ad Gradus anni 1502. Cod. Semin. Colonien. 49.

A. — Psalt. ms. S. Mariae ad Gradus anni 1542. Cod. Semin. Colonien.

52. B. — 6, 5 ut cum justis B. — Mel: Pange lingua.

409. De sancta Margareta.

1. Summo Deo decantemus,
Regi regum omnium,
Laudes ejus personemus,
Nam sanctorum praemium,
Ut abstergat, hunc rogemus,
Mentis domicilium.
2. Cui virgo haec servivit
Ab annis infantiae,
Munda mundum pertransivit
Rore plena gratiae,
Castitatem custodivit
Norma pudicitiae.
3. Sponsa Christi Margareta,
Candens quasi lilium,
Coeli spirat ad secreta,
Subintrat martyrium,
Corde puro, mente laeta
Festinat ad bravium.
4. Haec draconem interfecit
Devincens Olybrium,
Neuter harum hanc infecit,
Cui spes ad filium,
Postquam opus hoc perfecit
Migravit ad gaudium.
5. Sit laus summae trinitati,
Patri, nato potentia,
Sit spiritus unitati
Honor et victoria,
Qui nos prece Margaretae
Coronet in gloria.

Brev. ms. Coloniense anni 1450. Cod. Darmstadien. 1100.

410. De sancta Margareta.

Ad Laudes.

1. Beata virgo nobilis,
Quae Deo es amabilis
In mundo et laudabilis,
Sis nobis favorabilis.
2. Quae dum in pueritia
Fuisti, cum laetitia
Duxisti animalia
Nutricis et non alia.
3. Sancta Deum in carcere
Rogavit, ut dissolvere
Vellet ipsam a bestia,
Quae fuit crudelissima.
4. Virgo draconem vicerat,
Qui eam devoraverat,
In carceris umbraculo
Facto crucis signaculo.
5. Laudemus sanctam virginem,
Margaritam tam nobilem,
Quam ad coeleste gaudium
Duxit creator omnium.
6. Praesta, pater piissime,
Ut nos cum sancta virgine
Tuo quoque juvamine
Possimus semper vivere.

Psalt. ms. Sedunense saec. 15. Cod. Valerian. s. n. (3) A. -- Brev. Sedunense imp. Basileae 1497. B. -- 4, 2 Qui ibi eam B. -- 6, 3 Tuoque sancto juvamine B.

411. De sancta Margareta.

1. Hymnizet nunc ecclesia
Et praesens haec familia,
Peragens cum frequentia
Margaretae solemnia.
2. Cujus datur memoriae
Securae laus victoriae,
Juste namque et sobrie
Egit triumphum gloriae.

- | | |
|--|--|
| 3. Jussa spernens Olybrii
Complevit cursum proelii,
Palmam sumpsit martyrii
Dono coelestis praemii. | 5. Dulcis nunc hymnis concrepat
Coelestem sponsum persequens,
Quae et materno nos regat
Pacem et vitam conferens. |
| 4. Laeta nostra sit concio,
Sincera sit devotio,
Sit gratiarum actio
Pro tanto patrocinio. | 6. Honor patri perenniter,
Sit nato virtus pariter,
Pneumati decus jugiter,
Uni Deo sit laus semper. |

Brev. ms. S. Alexandri Embecen. saec. 15. Cod. Gotingen. 238.

412. De sancta Margareta.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaudeat nunc ecclesia
De insigni victoria,
Quod fragilis militia
Adauget natalitia. | 4. Extensa in equuleo,
Cruore lota roseo
Lampas ardet cum oleo:
Amore tui languo. |
| 2. Accepta nostra munera,
Ne fluctuemus vespera,
Per te vitemus aspera,
Da coeli vitae prospera. | 5. Tui agonis stadium
Te praestolante gladium
Consummasti viriliter
Conjuncta sponso jugiter. |
| 3. Regi sponso laureata
Servit virgo adornata
Cum triplici aureola,
Rosa, liliū, viola. | 6. Astra ascendit gloriae,
Sit trinitati uniceae
Laus, honor et victoria
In aeterna memoria. |

Brev. ms. Augustinian. saec. 15/16. Cod. Hanoveran. I 90. — 2, 2 Ne fluctuamus in vespera.

413. De sancta Margareta.

- | | |
|---|--|
| 1. Ut spina rosam parturit,
Sic Margareta prodiit
Ex gentili prosapia,
Hanc desponsat ecclesia. | 4. Dum mergitur in dolio
Tripudiat in animo,
Sententiatur gladio,
Deum orat pro populo. |
| 2. In annis pueritiae
Fontem suscepit gratiae,
Adhaesit regi gloriae,
Cum quo regnat in aethere. | 5. Gloriam melodis Jesu
Demus cum cordis affectu,
Ut nos in ejus concentu
Pascat aeternali fructu. |
| 3. Haec blandimenta saeculi
Promissaque Olybrii,
Terroris draconis diri
Sprevit ut vaporem fumi. | 6. Pater, nate, flamen sanctum,
Praesta, laudanda trinitas,
Nobis coelorum gaudia
Per infinita saecula. |

Brev. ms. Misuense saec. 15. Cod. Eistetten. 8° 72.

414. De sancta Margareta.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Fontem bonorum omnium
Laudent omnes cum gaudio,
Sit mundum cor laudantium,
Ut pulchra sit laudatio. | 4. Virgo, pudoris lilium,
Magno digna praeconio,
Fit rosa per martyrium
Illustre sub Olybrio. |
| 2. Qui Margaritam virginem
Fide junxit Christicolis,
Ipsam post fusum sanguinem
Binis ornans aureolis. | 5. Rosa coeli rosarium,
Fonte vitae irriguum,
Intrat ad cantum avium
Jugem et ver perpetuum. |
| 3. Caput serpentis conterit
Ejus cavens subsidias,
Agnum, quocunque ierit,
Sequens inter consocias. | 6. O virgo, tui memorum
Memor pio precamine,
Quietem nobis temporum
Et coeli regnum obtine. |
7. Laus Deo, qui vincentibus
Manna confert absconditum,
Quod nobis det poscentibus
Per Margaretae meritum.

Diurn. ms. Mechliniense saec. 15. Cod. Archivii Gandaven. 100. —
Diurn. ms. Windeshemense saec. 15. Cod. Bollandian s. n. B.

415. De sancta Margareta.

- | | |
|---|---|
| 1. Jesu, pastor piissime,
Flos et decus ecclesiae,
Festum colentes refove
In Margaretae nomine. | 5. O quam dulcis melodia
Peragitur in aethera,
Cum virgo sacratissima
Coeli pulsavit ostia. |
| 2. Quae hodie felicia
Coeli petit palatia
Mundique spernens gaudia
Vitae suscepit praemia. | 6. Nam huic tantae virgini
Omnes occurrunt angeli,
Jesusque sponsus inclitus
Hanc amplexatur blandius. |
| 3. Nam sobria haec ebrium
Superavit Olybrium,
Casta incestum respuit,
Deo se sponsam contulit. | 7. Felix haec virgo dicitur,
Quae tali sponso jungitur,
In quo non est mutatio
Nec vicis obumbratio. |
| 4. Haec in mundo floruit,
Sed ejus flos non marcuit,
Talemque se exhibuit,
Qualem Deo condecuit. | 8. Summo patri sit gloria
Per infinita saecula
Ejusque decus filio
Cum spiritu paraclito. |

Diurn. ms. Windeshemense saec. 15. Cod. Bollandian. s. n.

416. De s. Maria Aegyptiaca.

- | | |
|---|--|
| 1. Exsultet aula coelica,
Nam fruitur angelica
Maria tersa scoria
Aeterna coeli gloria. | 5. Jesu quadragenariae
Adhaesit abstinentiae,
Fulsit in hac pervigili
Clarum decus jejunii. |
| 2. Aeterna Christi munera
Maria Aegyptiaca,
Dona cepit angelica,
Exsultet aula coelica. | 6. Jesu, redemptor om-
nium,
Maria vitae somnium
Effugit per laudabile
Signum crucis mirabile. |
| 3. Jesu, salvator saeculi,
Mariam tres paniculi
Fovebant multo tempore,
Aeterne rex altissime. | 7. Conditor almesiderum,
Qui ducis per presbyterum
Animam sanctam candidi
Ad coenam agni providi. |
| 4. Corde natus ex parentis
Precatu Mariae flentis
Templi ingressum tribuit,
Novum sidus emicuit. | 8. A solis ortus cardine
Translatam miro ordine
Sanctam suscepit Gallia
Laeta fratrum con-
cordia. |

9. Festivo laudes gaudio
Mariae natalitio
Tibi det una veritas,
O lux beata trinitas.

Brev. ms. Curiense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX. —
Nach Str. 4 Divisio.

417. De s. Maria Magdalena.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Sacrata dies emicat,
Spes lapsorum et gloria,
Qua Maria Magdalena
Coeli scandit palatia. | 3. Nardi spicacum balsamo
Mixta liquore congruo
Plantas dum tergit crinibus:
Te salvo, inquit Dominus. |
| 2. Haec sacros pedes lacrimis
Christi rigans uberrimis
Fusis dum tergit crinibus,
Cordis purgatur sordibus. | 4. O praecelsa virtutibus,
Illustrata divinitus,
In te sperantes largius,
Maria, lava precibus. |
5. Hagie pater omnium,
Nobis praesta per filium
Charismatum subsidia
In saeculorum saecula.

Brev. ms. Montis S. Mariae saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 1452. A. — Brev. ms. Montis S. Mariae saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 506. B. — Hymn. ms. saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 1374. C. — Antiph. ms. Cisterciën. Neerland. saec. 14. Cod. Pianoren. M 1. D. — 3, 1 Nardi spicatum A; pisca cum B. — 3, 3 Unxit plantas cum erinibus D. — 3, 4 Te solvo D. — 5, 1 Ave pater A, Quae pater B. — 5, 3 Crismatis subsidia AB.

418. De sancta Martha.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Pangat turba clericorum
Marthae beatae cantica,
Sonet turba praelatorum
Ejus gesta mirifica.</p> <p>2. Sicut sacrato ubere
Virgo Christum ablactavit,
Sic Martha salutifere
Suis cibis ipsum pavit.</p> | <p>3. Maris demptis diris telis
Marsiliam applicuit
Sine remis atque velis,
Res mira cunctis claruit.</p> <p>4. In litore Avenico
Exanimem suscitavit,
Ore loquens dominico
Multos in fide plantavit.</p> <p>5. Praesta, beata trinitas,
Ut in regno vincentium
Nobis detur haereditas
Per ipsius suffragium.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Misnense saec. 15. Cod. Eistetten. 8° 72. A. — Brev. ms. Nurembergense anni 1412. Cod. Civit. Nurembergen. VII 43. B. — Brev. Carmeli Bambergen. anni 1467. Cod. Bambergen. Ed. VII 35. C. — Hymn. ms. S. Wiperti saec. 15. Cod. Quedlinburgen. 130. D. — Brev. ms. Halberstadiense saec. 15. Cod. Wernigeroden. Za 42. E. — Brev. Misnense imp. s. l. 1483. F. — Brev. Misnense imp. 1517. E. — 1, 1 Plangat turba B; Clangat CDE, Pange F. — 2, 2 lactavit B. — 3, 1 tempestas diris B; diris fehlt C. — 4, 2 Exstinctum suscitavit C.

419. De sancta Martha.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. O Martha, Christi hospita,
Martha, in aede vernula,
Placato nobis hospitem
Tuumque nostrum judicem.</p> <p>2. Quem lare tuo proprio
Confovisti cum gaudio,
Ministrans ei largiter,
Quod te sumpsit alacriter.</p> | <p>3. Tua prece melliflua
Deterge nostra crimina,
Ut hic possimus liberi
Servire tuo hospiti.</p> <p>4. Ubi pater cum filio
Regno regnat perpetuo
Una cum Dei digito,
Laus sit aeterno Domino.</p> |
|---|--|

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. A. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. B. — 1, 1 O sancta Christi B. — 1, 2 Martha cloe vernula B. — 1, 3 Placare nobis B. — 2, 4 te fehlt B; Qui te sumpsit A. — 3, 2 Detege B.

420. De sancta Martha.

1. Praesens solemnum nostrum sit gaudium,
Cujus praeconium cordis tripudium,
Cum Martha solium scandens ad arduum
Adivit regem omnium.
2. Virtutum Dominus gaudet amplexibus
Felicis hospitae, fidei debita
Reddit officia, dum beneficia
Larga solvit in patria.
3. Pascentem reficit, qui mundo sufficit,
Nova dans fercula, dulcia pocula,
Fons indeficiens, hospita sitiens
Bibat nunquam fastidiens.
4. Dulce convivium, in quo per fluvium
Delectabilium tollit fastidium,
Hoc plenum gaudium, hoc patrocinium
Marthae datur in praemium.
5. Oramus, Domine, dilectae hospitae
Dum festum agimus hymnumque pangimus,
Ejus precamine purgemur crimine,
Coeli laetemur agmine.
6. Te, summa trinitas, simplex divinitas,
Quam fide noscimus, devote poscimus,
Ut per suffragia Marthae des gaudia
Nobis [in coeli curia].

Brev. ms. Mellicense 992 saec. 15. — 1, 1 Praesens nostrum solemne sit. — 5, 4 Cum coeli laetemur. — 6, 3 nobis Marthae des gaudia.

421. De sancto Martino.

1. Martinus, meritis compar apostolis,
Praesul magnificus, pontificum decus.
In mundo celebrem consecrat hanc diem,
Qua conscendit ad aethera.
2. Martinus, modicus et pauper saeculo,
Dives ingreditur regna perennia,
Quamvis ecclesiae pace quiesceret,
Palnam martyrii tenet.
3. Hic Christum media chlamyde texerat
Tres de morte viros atque resuscitat,
Dum nudis brachiis obtulit hostiam,
Ignis coelitus adfuit.

4. Quanta possideat gaudia perpetim,
Nullum cor penetrat lingua vel explicat,
Unam namque tenet perpetuo stolam,
Praestolatur et alteram.
5. O Martine, Dei praesul amabilis,
Pro nobis Dominum posce piissimum,
Ut mundet miseros crimine sordidos,
Justis praemia conferens.
6. Hoc summus genitor, conditor omnium,
Hoc unigenitus annuat filius,
Amborumque simul spiritus omnium
Disponens bene saecula.

Brev. Aquilejense imp. Venetiis 1481. — 5, 1 O ergänzt.

422. De sancto Martino.

- | | |
|--|---|
| 1. Martine, confessor patris,
Invicte miles filii,
Athleta fortis spiritus,
Nobis fave poscentibus. | 3. Nunc ergo nobis, quaesumus,
Praesens adesto cominus
Omne impetrando commodum
Et post perenne gaudium. |
| 2. Christi crucem tu bajulas
Christoque confixus cruci
Jucunda spernens saeculi
Gaudes modo in regno Dei. | 4. Praesta, pater piissime
Patrique compar unice,
Cum spiritu paraclito
Nunc et per omne saeculum. |

Brev. ms. Maguntinum anni 1413. Cod. Francofurt. Barth. 150. A. —
Brev. ms. S. Bartholomaei saec. 15. Cod. Francofurt. Barth. 114. B. —
1, 1 Nicolae confessor B.

423. In Festo Quinque Martyrum.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Proles Francisci germinat
Crucis Christi in stipite,
Flores roseos geminat
Cruore Jesu comite. | 4. Radix de terra sitiens
Hos fusti haerens madidat
Et gladius pertransiens,
Profanus inde trepidat. |
| 2. Uberes fructus protulit
Rigatos Christi flumine,
Qui rorem stirpi contulit
Cum spiritus munimine. | 5. Ignis flamma supponitur
Capillis horum floridis,
Nec is nec caro uritur,
Nec membris fuscatur squalidis. |
| 3. Dulcem ut gustet palmitum
Liquoremque fragrantiae,
Mortis Christi se hospitum
Conjuxit redolentiae. | 6. Rabiem gentis perfidae
De finibus credentium
Aufer, o Jesu, provide
Ob necem morientium. |

7. Familiaeque martyrum,
Pater coelestis gratiae,
Preme hostem atque dirum,
Dextra nons siste acie.

Brev. ms. Franciscan. anni 1492. Clm. Monacen. 23152. — 2, 4 moni-
mine. — 3, 4 Jungant redolentiae. — 7, 3 Prime hoste atque thirum. — 7, 4
Dextera.

424. In Festo Quinque Martyrum.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Pangat sanctorum merita
Coetus Minorum candidus,
Mente delectat subdita
Excelsa sede splendidus. | 6. Deficiunt prae taedio
Cruorem mox non fundere,
Pro Christi mortis praemio
Contracta corda tundere. |
| 2. Partus virtute generat
Stirpem inclitus fulgidam,
Nec ab ipso degenerat
Nobilitate floridam. | 7. Petunt exinde aditus
Pati livore gentium,
Quorum errorem funditus
Eliminant furentium. |
| 3. Suavi multi nectare
Christi sitiunt sanguinem,
Rubentem rosae jubare
Gustant Deum et hominem. | 8. Trucidantur funiculo,
Verberum ictus tolerant,
Figuntur spinae spiculo
Nec eas poenas ponderant. |
| 4. Tulisse mortis verbera,
Cum uterum egreditur,
Tremunt pontus et aethera,
Dum cruce pallens moritur. | 9. Plectuntur fracto gladio,
Cervicem tendunt propere,
Jubilantes prae gaudio
Jesum sequi prospere. |
| 5. Languent dolore nimio,
Rubet vultus ob lacrimas,
Dulci Jesu eximio
Donant corpus et animas. | 10. Praestet hoc nobis genitus
Patris coelestis gratiae
Ac utriusque spiritus,
Aeternae jungant gloriae. |

Brev. ms. Franciscan. anni 1492. Clm. Monacen. 23153. — 1, 4 splen-
didas. — 6, 3 praedio. — 9, 4 lies sequendo?

425. In Festo Quinque Martyrum.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Victrix fides, quam non vides,
Martyres movit quaerere
Mitem esum, dulcem Jesum
Jam lucis orto sidere. | 3. Rege isti coram tristi
Alligatisque manibus
Conducuntur, conspuuntur
Somno reffectis artubus. |
| 2. Lux in luce Jesu duce
Martyres probas framea,
In te flore et nitore
Lux, ecce, surgit aurea. | 4. Igne diro fudit tiro
Mens in te, Jesu, jubila,
Jam candescunt et albescunt
Nox, tenebrae et nubila. |

3. Nempe carnem nostrae quondam
possidens eonsimilem,
Mortis legibus subactam
et telluris deditam.
4. Meritorum sanctitate
culmina
Coeli celsa scandidisti
ac mortalis
vitae lapsus antea
Pretioso consecrasti
Tyrannorum
Sub duellis martyrio.
5. Hinc adeptus Domini
sacra contubernia
Splendorum angelorum
ductus es ad agmina.
6. Illi tecum incorruptis
potiuntur praemiis
Ac congaudent tibi laeti
triumphantes proeliis.
7. Hinc orantes comprecamur
cominus
Condescende nostrae vitae
medicando
Scelerum cicatricibus.
8. Ut Deo nostro tibi que,
famulo
Suo, cantu expiato
modulisque
Famulemur innocuis.
9. Castam sere voluntatem,
pudica praecordia,
Membrorum da sanitatem
et vegeta viscera,
Post occasum hujus vitae
colloca
Coeli templis aureis.
10. Nec digneris pati letum
famulos,
Subiisse Phlegetontis
ac Averni
Detrimenta sulphurea,
11. Qui tibi hic canimus
laeta fide cantica
Et votorum pangimus
sedula praeconia
Ortu lucis fulgidae,
vespere, meridie,
Qui te semper laude dignum
conlaudamus carmine,
12. Laeto vultu de supernis
siderum
Nos tuere et defende
ac conserva
Venustis habitaculis.
13. Interventu, sancte, tuo
niteat
Laetabundo corde semper
illustrata
Mentis nostrae devotio.
14. Nosque labe emundatos
criminum
Regis regum fac post mortem
temporalem
Praesentari conspectibus.

Process. ms. saec. 10. Cod. Vatican. Palat. 489. A. — Cod. Sangallen. 679. add. saec. 10. B. — Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 1154. saec. 10. C. — Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19417. saec. 10. — 2, 2 optima D. — 3, 1 carmen A, nostram ABD. — 3, 2 Passi consimilem B. — 3, 3 subacta B subacta D. — 3, 4 telluri D, dedita BD. — 4, 3 scandidistis D. — 4, 5 ante C. — 4, 6–8 fehlen C. — 4, 6 Preosa B. — 4, 8 martyria D. — 5, 1 Nunc A, Illinc B. — 5, 3 Splendorum B. — 5, 4 Ductus est C; Subintrasti B. — 6, 1 Ille B, Illic A. — 6, 3 Ac conlaudant B, Et collaudant C. — 6, 4 Triumphanti C, Triumphant in B, praemiis D. — 7, 1 comprecantur B. — 7, 3 Cumdescende B, conscendere C. — 8, 2 famuli C. — 8, 3 Tuo C. cantum A, expiati C, ex in atu B. — 8, 5 Flagitemur B, innocuis fehlt B. — 9, 1 sero D, fere A, voluptatem A. — 9, 3 de sanitate B. — Bis hierher D, dann beginnt es wieder von neuem bei 4, 1: Membrorum (!) sanctitate
Dreves, Hymni Inediti. II.

culmina coeli celsas (!) scandidisti u. s. f. — 9, 4 ac vegeta C, vegetata A. — 10, 1 leti B. — 10, 3 Fluviusque A, Flagetuntis B. — 10, 4 et caverni A, et caverna B. — 10, 5 sulphura A. — 11, 1 Quid tibi B, hic fehlt AB. — 11, 3 Ac votorum C. — 11, 5 Ortus A. — 11, 6 vesperi C. — 11, 7 digna B. — 11 8 carmina B. — 12, 1 Laetu B, desuper B. — 12, 4 et conserva B. — Str. 12 fehlt C. — Str. 13 fehlt AB. — 14, 3 Regi B.

428. De sancto Mauritio.

In 1. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| 1. Christum laudemus Dominum
Et Deum patrem luminum,
In quo triumphat coelitus
Princeps et dux Mauritius. | 4. Fermenta sacrae fidei
Et amor cordis ignei
Dulcorant jam supplicia
Ingrata pio gratia. |
| 2. Cum corona victoriae
Ad thronum tendit gloriae
Cum tot et tantis milibus,
Veris Christi martyribus. | 5. O martyres sanctissimi,
Coelesti Deo proximi,
Qui vestris nunc in milibus
Regnatis in sublimibus. |
| 3. Quanta salus coelestium,
Quantus honor terrestrium
In Christo triumphantium
Et milibus laetantium. | 6. In virtute multiplici
Plebi favete supplici,
Et nos a malis omnibus
Vestris salvate precibus. |
| 7. Praestet aeterna deitas,
Manens et regnans trinitas,
Ingenitus et genitus
Et spiritus paraclitus. | |

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90.

429. De sancto Mauritio.

1. Ave, beatissima Thebaeorum victoria,
Quae sacratissimo mortis triumpho
Ecclesiam Christi late ditasti.
2. Sanctum Mauritium, ducem clarissimum,
Cum tribus milibus martyrum et amplius
Ad coeleste gaudium misit Agaunum.
3. Multa luminaria agminis praefulgida
Cum pio Cassio et Florentio,
Ducibus praelectis, Bonna obtinuit.
4. Agrippina sacrum agmen Gereonicum,
Et venerabilem principem Victorem
Cum martyrum copiis Troja suscepit.
5. Eja, pii martyres, respicite supplices,
Ut nostris precibus obtineamus
Culparum veniam et Christi gratiam.

6. Nunc, beata trinitas, vota nostra dirigat
Pater et filius et paraclitus,
In quibus est gaudium et virtus sanctorum.

Miss. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — Das Metrum des Liedes ist das des Kiliani-Hymnus Anal. IV, 174, aber sehr verwildert.

430. De sancto Mauritio.

1. Multorum militum dux bone martyrum,
Mauriti, te cano, te modo veneror,
Vicisti saeculum et qui in eo sunt,
Triumphas ergo meritis.
2. Ab ortu luminis veneras inclitus,
Ut illuminares tenebras mentium,
Perirent hominum vana colentium
Tot dii cum sacris gentium.
3. Vir iste militum regulam tenuit,
Baptista quam dedit, hostes perterruit,
Fidelis principi, habens stipendium,
Concussit ipse neminem.
4. Renuit idolis hostias aliquas
Offerre donaque, socius maluit
Putari martyrum Christo fidelium,
Mori pro Christo maluit.
5. Iniquus imperat Caesar, ut obeat
Ex ipsis decimus, praecipit satarpis,
Occidant milites, spoliant mortuos,
Sed Christus eos suscipit.
6. Tu, primicerius, admones alios,
Contemnant idola, stabiles maneat,
Pro fide militent, mori non dubitent,
Intrabunt coeli gaudia.
7. Invictus animus, martyr egregius,
Nunc claret omnibus, quis tibi similis?
Haec dona coelitus sunt data meritis,
Mauriti, tuis maximis.

Miss. ms. Belisianum. saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — „Metrum instar hymni Sanctorum meritis vel quasi Inventor rutili.“

431. De sancto Mauro.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| 1. Hic est patris magnifici,
Benedicti mirifici,
Carus Maurus discipulus
Verusque Christi famulus. | 2. Qui in adolescentia
Christi sequens vestigia
Benedicti in oculis
Complacuit miraculis. |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| 3. Et vitae parsimonia
Morumque sanctimonia
Templum se fecit gloriae
Divinae dono gratiae. | 6. Collisis membris omnibus
Infirmum sanat precibus
Et tristem de miraculo
Daemonem ligat vinculo. |
| 4. Claudio gressus restituit,
Cui et loquelam tribuit,
Salutem dans cum gaudiis
Itineris cum sociis. | 7. Caecum Maurus illuminat
Et daemonem eliminat,
Reddens defunctis spiritum
Ob vitae sanctae meritum. |
| 5. Ob mulieris gemitum
Dat seminecem genitum
Mox sanitati pristinae,
De quo laus tibi, Domine. | 8. Patris ac nati spiritus
Illuminet nos coelitus,
Et de Mauri laetitia
Sit trinitati gloria. |

Brev. Coelestinorum imp. Neapoli 1488. A. — Brev. Coelestinorum imp. Venetiis 1588. B. — 6, 4 ligavit AB; lies Satan ligavit?

432. De sancto Michael.

1. Christe, lux vera patris et figura,
Cujus ex vultu specie decora
Ducitur vita ratione nixa,
Suscipe vota.
2. Hostiam vivam tibi macto corde,
Cujus emanans placidum vaporem
Suavitas gratos superis choreis
Spiret odores.
3. In die, quaeso, tribulationis,
Daemonum cum me cunei globati
In lacum quaerent barathri cruento
Scindere dente.
4. Pacis opponat clipeum Michael,
Adsit adjutor validus Raphael,
Suscipiat sinus Patris Abrahae.
.
5. Sit Deo nostro decus et potestas,
Sit salus perpes, sit honor perennis,
Qui poli summa residet in arce
Trinus et unus.

Orat. ms. Chunegundis. saec. 14. in. Cod. Pragen. XII D 8 a. — 2, 3
Suavitatis. — 3, 4 Lies Trudere dente? — 4, 3 sqq. Lückenhaft.

433. De sancta Monica.

Ad Vesperas.

1. Te ferant linguae celebrent et omnes,
Te simul totus moduletur orbis,
Saeculis cunctis memor eris ampla,
Monica, laude.
2. Cujus effusae lacrimae precesque
Cor tui durum rigidumque nati
Ad Dei magni meruere sacrum
Vertere cultum.
3. O decus summum pia spesque matrum,
Certa natorum via, dux, asylum,
Daemonum victrix, haeresum fugatrix,
Alma virago.
4. O tibi quantas populus fidelis
Gratias debet memori sub aevo,
Quem tuis summis meritis beasti,
Candida mater.
5. Quando bis mundo generares illum,
Quem sacrae per te fidei reductum
Denuo de te genitum fatemur,
Augustinum.
6. Qui tot invictus domuit rebelles,
Tot feros verae pietatis hostes,
Monstra tot, tantam rabiem repressit
Maximus ultor.
7. Qui tot errorum laqueos nocentes
Dissipans tantae tenebrasque noctis
Exstitit nulli meritis nec ulli
Laude secundus.
8. Cui Deus tantum nisi praestitisset,
Tanta scripsisset nisi tantus ille,
Tota nimirum sacra lex fidesque
Nostra ruisset.
9. Laus tibi, summe pater atque fili,
Quique procedis simul ex utroque,
Spiritus sancte, Deus unus idem,
Laus tibi semper.

Hymn. ms. S. Salvatoris de Silva laeus anni 1415. Cod. Londinen. Add 30014. A. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1521. B. — In tono: „Ut queant laxis“. B. — Dan. I. 266 giebt die zwei ersten Strophen; Morel 514 den ganzen Hymnus. Der Umstand, daß A für ein Produkt des Humanismus eine so frühzeitige Quelle ist, veranlaßt mich, den Hymnus daraus zu wiederholen.

434. De sancta Monica.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Excelse princeps omnium,
Mundi regis qui machinam,
Aeterna regnans saecula,
Audi tuos nunc servulos. | 5. Si nunc preces, quas largiter
Olim profudit. duplicet,
Sic nos malis et liberet
Multis suo suffragio. |
| 2. Sanctas preces qui Monicae,
Atro sub hoc ergastulo
Dum viveret, susceperas,
Donans salutem filii. | 6. O nos beatos munere
Tanto, bonis tam grandibus,
Ejus modo, quas porrigit
Pronus, preces tu suscipe. |
| 3. Alti poli nunc incolam
Raptamque tot de sordibus
Pro lubricis mortalibus
Audi precantem, quaesumus. | 7. Nunc vota cuncti fundite
Prae ceteris, qui scilicet
Vel literis gentilibus
Estis sacris vel praediti. |
| 4. Terram colens sic contulit
Tantum cadenti saeculo,
Quod in celsos supra polos
Evecta plus nunc conferat. | 8. Nam haec eum nobis dedit,
Sublime cujus maximis
Omnes acumen laudibus
Cultumque summum tollimus. |
| 9. Nos tu, pater, cum filio,
Sancto simul cum spiritu,
Unus Deus qui saecula
Per cuncta vivis, protege. | |

Hymn. ms. S. Salvatoris in Silva lacus anni 1415. Cod. Londinen.
Add. 30014. A. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1521. B. — In tono: „Ad
coenam agni providi“. B. — Vgl. das zum vorigen Hymnus Bemerkte.

435. De ss. Monulpho et Gendulpho.

- | | |
|---|--|
| 1. Adest sacrata praesulum
Festivitas illustrium,
Confessione cordium
Qui respuerunt saeculum. | 3. Oratione sedula
Votisque nostris subditis
Nobis det indulgentiam
Eorum intercessio. |
| 2. Quorum colentes annuam
Festivitatem propriam,
Ipsos precamur cernui,
Ut nostra mundent crimina. | 4. Hoc summa praestet deitas
Patris, natique spiritus,
Quorum potestas unica
Per cuncta regnat saecula. |

Brev. S. Servatii Trajecten. imp. Coloniae 1503. — 1, 1 Adest sancta. —
2, 1 annua. — 3, 2 que fehlt.

436. De sancto Nicolao.

1. Splendor, Jesu, summi fontis paterni,
Infusus ex temet totus refulget
Missis divinitus jam Nicolaus.

2. Qui natus praeclarae civis Paterae,
Ubera jam sugens cernitur tenens
Bis per septimanam abstinentiam.
3. Tandemque adultus primum orbatus
Normam justitiae sequitur aequae,
Incestus virginum vetans per aurum.
4. Clero devotius dehinc promotus
Audivit [juvenum] letum ut trium,
Reddit continuo in palatio.
5. Post haecque emicat regemque sedat
Apparens in somnis a nece mortis
Trium aliorum innocentium.
6. Jam Dei electe tu Nicolae,
Nostri tu nunc votis annue totis
Semper ante [Deum] in perpetuum.
7. Virtus potestatis, honor p̄rennis,
Laus in unitate ac trinitate
Sit uni Domino hic et in aevo.

Psalt. ms. Rhenoviense saec. 14. Cod. Turicen. Rhen. 27. add.
saec. 16. — 1, 1 foontis. — 3, 1 Lies patre orbatus? — 3, 2 aequus.

437. De sancto Nicolao.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none">1. Ad tua solemnia,
Sacerdotum gemmula,
Surgat nostra concio
Piae mentis jubilo
Ducens ad memoriam
Tanti patris gloriam.2. Cujus vita claruit
Ac talis apparuit,
Ut fama tam celebris
Non staret in tenebris,
Sed multis miraculis
Monstraretur saeculis.3. Virginum miseriam
Patris et inediam
Dempsit liberaliter
Et familiariter
Morti tres destinatos
Liberavit pueros. | <ol style="list-style-type: none">4. Quae lingua sufficeret,
Ut perfecte diceret,
Ipsius magnalia
Quanta sunt et qualia?
Hunc laudemus jugiter
Canentes solemniter.5. Nicolae nobilis,
Gloriosae indolis,
Salus aegrotantium,
Quies laborantium,
Tua duc nos gratia
Ad vitae palatia.6. Honor, decus, gloria,
Virtus ac victoria
Patri sit ingenito,
Nato unigenito
Et sancto spiritui
In saeculum saeculi. |
|---|---|

Brev. ms. Gengenbacense saec. 13. Cod. Carolsruhan. Geo 22. A. —
Brev. ms. Constantiense anni 1301. Cod. Engelbergen. 115. B. — 4, 3
Illius B.

438. De sancto Nicolao.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Nicolaus, vir electus,
clarus fuit genere,
Clarus ortu, clarus sensu,
clarior ex opere,
Veste tectus syncopata
novit sancte vivere. | 3. Hic pupillos et egenos
conservare studuit,
Hic de morte tres sodales
nobiles eripuit,
Dum in somnis Constantinum
et eparchum terruit. |
| 2. Qui figuram suam cernens
caesam multo verbere,
Ad latrones cito pergit,
furta facit reddere
Et paganum movet toto
corde Christum colere. | 4. Signo crucis non videntes
oculos aperuit,
Claudis gressum atque surdis
auditum restituit,
Et in coelis post excessum
coronari meruit. |
| 5. Audi, Christe, servulorum
preces et suspiria,
Parce nobis per beata
praesulis suffragia,
Ut cum Christo gloriemur
in coelesti curia. | |

Brev. ms. Metense saec. 14. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 103. — 3, 6
epartum.

439. De sancto Nicolao.

- | | |
|---|---|
| 1. Purae mentis et sincero
Cordis oblectamine
Jam devota plebs cum clero
Votivo libamine
Psallat Christo, Deo vero,
Vocis modulamine. | 4. Adolescens incrementa
Virtutum adhibuit
Et egenis alimenta
Salutis exhibuit,
Sic pauperibus fomenta
Peccati prohibuit. |
| 2. Jubilantes hymnizemus
Regi potentissimo,
Praesuli solemnizemus
Concentu suavissimo,
Cujus ope congaudemus
Ritu frequentissimo. | 5. Vox coelestis declaratur
Plebs in concilio,
Praesul sedi sublimatur
Divino consilio,
Sanctus Dei consecratur
Plebetenus opilio. |
| 3. Nicolaus adhuc jacens
Infans in cunabulis,
Adhuc stricta lingua tacens,
Non utens vocabulis,
Hora certa Deo placens
Abstinebat pabulis. | 6. Jam in terra constitutus
Claruit miraculis
Et legaliter exutus
Carnis obumbraculis,
Claritate sic indutus
Coeli habitaculis. |

- | | |
|--|--|
| <p>7. Sed ex ejus tumba manat
 Pinguis coeli roribus
 Liquor et infirmos sanat
 A cunctis languoribus,
 Sic peccati vas profanat
 Piis a pectoribus.</p> | <p>8. Salus ergo sit parenti
 Et nato aequaliter
 Pneumatique continenti
 Patri infinaliter,
 Uni Deo permanenti
 Sit laus aeternaliter.</p> |
|--|--|

Brev. ms. S. Alexandri Embecen. saec. 15. Cod. Gottingen. 239. A. —
 Brev. ms. Fredeslariense saec. 15. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 145. B. —
 Brev. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 92. C. —
 Brev. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theol. Fol. 59. D. —
 5, 6 Plebetens A. — 6, 5 Claritati AB. — 7, 5 peccati nos A.

440. De sancta Oda.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Jesu, corona virginum,
 Rex et redemptor hominum,
 Sume odas colentium
 Sacrae Odae solemnium.</p> <p>2. Haec virgo, proles regia,
 Nobilis et ingenua,
 Contemnens mundi gaudia
 Suspirat ad perpetua.</p> <p>3. Visu orbata primitus
 Illuminatur coelitus,
 Te largiente pluribus
 Emicuit virtutibus.</p> | <p>4. Natalis solum patriae
 Pro dote linquens gloriae,
 Terram lustrat Taxandriae
 Coelestis dono gratiae.</p> <p>5. Hujus prece lux omnium
 Nos a faece duc criminum,
 Ut post carnis hoc taedium
 Ad te ducamur Dominum.</p> <p>6. Deo patri sit gloria
 Et filio victoria
 Paraclitoeque gratia,
 Sacrae Odae memoria.</p> |
|---|--|

Propr. S. Johannis Boscoducen. imp. Antwerpiae s. a. — 4, 2 linquens gratiae.

441. De sancta Odilia.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Sponsa regis angelorum,
 Nobilis Odilia,
 Ab immani peccatorum
 Fasce nos exonera,
 Ad amorem supernorum
 Nostra levans pectora.</p> <p>2. Cujus sanctitate vinum
 Crescit suo tempore,
 Fac nos toto corde primum
 Regnum Dei quaerere
 Et sufficientem victum
 Nobis clemens adjice.</p> | <p>3. Prece jungens genitorem
 Superis ordinibus,
 Justum mitiga censorem
 Nobis transgressoribus,
 Qui nos nostrum det errorem
 Hic purgare fletibus.</p> <p>4. Monitisque praecursoris
 Domini de injustis
 Fac nos templum redemptoris
 Tuis patrociniis,
 Praemunitum intus, foris
 Hostis ab insidiis.</p> |
|--|---|

5. Indivisae trinitati
Semper laus et gloria,
Cujus nos benignitati
Commendet Odilia,
Cui post mortem sociati
Laetemur per saecula.

Psalt. ms. S. Laurentii Sangallen. saec. 15. Cod. Sangallen. 16. —
1, 2 Nobis Odilia. — 2, 2 Crescit approbato tempore. — 4, 1 Munitisque;
lies Meritisque? — 4, 2 de justis. — 4, 5 Prae momentu intus.

442. De sancta Odrada.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| 1. Jesu, corona virginum,
Da nobis manna coelicum
Odradae sanctae meritis,
Quam veneramur supplices. | 4. Hanc pater dure respuens
Non dedicatam transiens
Ad Milligem ecclesiam
Sumitque vagam bestiam. |
| 2. Haec stirpe nata regia
Et corpore pulcherrima
Optatur ad connubia,
Spernit regum prosopiam. | 5. Quam pater cernens fletibus
Descendens equo genibus
Exorat flexis filiam,
Dat malae culpae veniam. |
| 3. Matre orbata unica
Suffert novercae tristia,
Deus, qui potest omnia,
Dedit electae gaudia. | 6. Orans haec in ecclesia
Tunc sitis abundantia
Hanc artat, foris exiens
Fonte cibatur hauriens. |
| 7. Da nobis, pater coelice,
Cum filio angelice
Et spiritu paraclito
Potari fonte coelico. | |

Psalt. ms. Alemnense saec. 15. Cod. S. Petri Boscoducen. s. n. — 4, 3
mylliglen. — 5, 1 cernens genibus. — 5, 2 equo fletibus.

443. De sancta Odrada.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Consors paterni luminis,
Sponse Odradae virginis,
Laudes canentes solvimus
Adsiste postulantibus. | 3. Sic, Christe, nobis omnibus
Odradae sanctae precibus
Indulgeas credentibus,
Ut prosit exorantibus. |
| 2. Aufer Odradae meritis
Peccata, quae nos fecimus,
Virtutum da constantiam,
Finis ne malus capiat. | 4. Persaepe pro coelicolis
Absolvis nexu criminis
Donando indulgentiam,
Tuos ne orcus rapiat. |

- | | |
|---|---|
| 5. Odrada, cum virginibus
Dilecti fruens gaudiis,
Sis memor nostri, petimus,
Cum tui sponsi civibus. | 6. Sit, Christe, rex piissime,
Tibi patrique gloria
Cum spiritu paraclito
In sempiterna saecula. |
|---|---|

Psalt. ms. Alemnense saec. 15. Cod. S. Petri Boscoducen. s. n.

444. De sancta Odrada.

In 2. Vesperis.

1. Organa cordis solvimus votis
Preces servorum arce polorum,
Christe, precatur, suscipe pie,
Virgo Odrada.
2. Dator salutis, dona salutem
Omnibus nobis, merita sancta
Psallimus digna laudibus tuis
Virginis Odradae.
3. Redde beatam fonte renatam
Animam nostram maculis mundam,
Coeli jucunda petiit illa,
Cedas Odradae.
4. Auge devotam populi catervam,
Ne saevi hostis ruat sub telis,
Christe, subleva, nos tuam sponsam
Colimus Odradam.
5. Da nobis sanctam ducere vitam
Pace tranquilla, ne nos procella
Mergat in hora mortis, exora,
Virgo Odrada.
6. Angeli summo laudant in coelo
Trinum et unum nunc et in aevum,
Cujus adspectu coetus sanctorum
Stat cum Odrada.

Psalt. ms. Alemnense saec. 15. Cod. S. Petri Boscoducen. s. n.

445. De sancto Olavo.

- | | |
|---|--|
| 1. Adest dies laetitiaie,
Laudis adest materia,
Resultet vox ecclesiae,
Pulset hymnis coelestia. | 2. Martyr insignis hodie
Palmae ferens insignia
Feliciter ex acie
Traductus in palatia. |
|---|--|

3. Per coronam victoriae
Vera migrans ad gaudia,
Stolam suscepit gloriae
Olaus, regum gloria.

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. A. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. B. — Brev. Nidrosiense imp. Parisiis 1519. C.

446. De sancto Olavo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Graecus Caesar constitutus
In arto certamine
Pocit opem sancti tutus
Non tardo laudamine,
Barbarorum sic adjutus
Victor redit agmine. | 2. Ergo Christum imploremus
Opem ferre miseris,
Ut tyrannum superemus
Et ministrum sceleris
Et in coelis conregnemus
Reducti ab inferis. |
|---|---|

3. Sit laus, honor patri Deo.

Brev. Nidrosiense imp. Parisiis 1519.

447. De sancto Othmaro.

- | | |
|---|--|
| 1. Splendor paternae glo-
riae
De tenebris gentilium
Lumen qui vocas pridie,
Othmarum tuum famulum. | 4. Laetus dies hic transeat
Tanti patris solemniis,
Cujus beatis meritis
Solvamur nexu criminis. |
| 2. Verusque sol illabere
Candore nivis nitidae,
Tuo demonstrans digito
Salutis tui dogmata. | 5. Aurora cursus provehit,
Suis precum praesidiis
Spretis mundus illecebris
Exsultet Christo jubilis. |
| 3. Votis vocemus et patrem
In aula summae gloriae,
Rhaetiae sumpsit Curia
Othmarum saluberrime. | 6. Informet actus strenuos,
Solvat petram caliginis,
Casus secundet asperos,
Donet gerendi gratiam. |

Officia ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — 1, 2 gentium. — 2, 1 illabere durchstrichen; dann noch: coelestis gratiae qui candore etc. — 2, 4 Salutaris tui. — 3, 1 Vocemus te patrem pater. — 3, 3 Rhaetiaque Curiae. — 3, 4 Othmarum sumpsit saluberrime. — 4, 2 Tanti patroni. — 4, 3 lucentibus meritis. — 4, 4 Solvemur. — 5, 1 Aurora nunc extollitur. — 5, 3 mundi. — 6, 2 Solvit. — Rücksichtlich der Emendation sei bemerkt, daß die erste Zeile jeder Strophe dem Hymnus des Ambrosius Splendor paternae gloriae entlehnt ist.

448. De sancto Panthaleone.

1. Summi tonantis unice,
Qui cuncta regis provide,
Adesto nostris vocibus
Te, Christe, collaudantibus.
2. En, pollet lux praefulgida
Sacri cruoris conscia,
Quo sibi Pantaeleymon
Concinit coelicam Sion.
3. Hic miles ut laudabilis
Contemnens jussa principis
In hujus mundi stadio
Ditatur Christi bravo.
4. Ignem, rotam, equuleum,
Bestias, mare, carcerem,
Post victor vincens gladium
Nunc fulget pompa martyrum.
5. Hujus precatu criminis,
Jesu, nos solve vinculis,
Nondum qui lotus lavacro
Vincla dissolvit puero.
6. Honor, decus, imperium
Sit trinitati solidum
In unitate simplici,
Quam summi laudant angeli.

Brev. ms. Coloniense saec. 15. Cod. Colonien. 2.

449. De sancto Paulo.

1. Sancte Paule, pastor bone,
Vas electum Domini,
Praedicator
Gentium egregie.
2. Quem Damasco propinquantem
Lux divina subito
Circumfulsit
His verbis interrogans:
3. Saule, Saule, quid me caedis?
Ego sum Jesus benignus,
Omnium conditor,
Qui te quoque
Condidi ex nihilo.
4. Tunc in terram corruisti,
Nec sufferre potuisti
Vocis vim coelicae,
Mox futurus
Doctor in ecclesia.
5. Seminans fidei
Dogmata catholicae
Numerum credentium
Accumulans.
6. Ex quibus nos sumus,
Licet in novissimis
Constituti temporis
Angustiis.
7. Nos audi supplicantes,
Lux decus orbis hujus,
Atque vota famulorum
Pura mente famulantum
Recita judici,
Qui coelorum
Continet insignia.
8. Tu pastor nobis datus,
Tu gregis Christi custos,
Ejus pro salute semper
Supplicare regi nostro,
Cujus imperium
Sine fine
Manet in perpetuum.
9. Tu, feritas hominum
Quotiens id exigebat,
Carnem tuam cruciabas
Sempiternam
Ut acciperes gloriam.
10. Ter pelago navibus
Crepitis
Ingenti de periculo
Vix elapsus
Mortis merito coronaris
Ab altithrono.

11. Tu flagellis crebro caesus
Nomen Christi resonans
Superasti
Verbera carnificum.
12. Certe semel lapidatus
Inter imbres saxeos
Cecinisti
Cantica vivifica.
13. Multa sunt, quae memorantur,
Multo plura, quae tacentur,
Vincula, verbera,
Quae subisti
Pro fide dominica.
14. Nunc in sede duodena
Post beatum Petrum sedes
Judicans populos,
Tuos quoque
Proprios contribulos.
15. Ideo petimus,
Ut, qui tanta passus es,
Damna nostra
Gravia consideres,
16. Variis casibus
Et timori subditis
Pietatis
Munere subvenias.
17. Nos juste pro peccatis
Tot poenis agitamur,
Pugnae foris, timor intus,
Ultor adstat loricatus,
Gladiis trucibus
Subjacemus
Et diris praedonibus.
18. His malis interventu
Nos tuo liberari
In amore salvatoris,
Qui pro nobis crucifixus,
Supplices petimus
Cum sudore
Tristis poenitentiae.
19. Naufragii conscius
Navi nostrae tempestate
Liberatae portum pande,
Ubi protinus
Inveniet Dominum.
20. Parce fruens dapibus
Sedulo nos pane, vino
Satiatos abstinere
Vitiis tribuas,
Quae necant animam.
21. Sancte Paule, praesul magne,
Nobis opem fer divinam
Et perenne
Gaudium in saecula.

Process. ms. saec. 10. Cod. Vatican. Palat. 489. A. — Cod. Sangallen. 679 add. saec. 10. B. — Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 1154. saec. 10. C. — 4, 4 futuris A. — 5, 3 credenti D. — 6, 1 Ex quibus novissimus B. — 7, 3—5 fehlen A. — 7, 5 recta iudicii B. — 7, 7 Continent A. — 9, 2 id exhibes B. — 9, 3 carmen A, macerabas B. — 10, 2 Creditis A, crevitis B, creditas C. — 10, 3 de fehlt B. — 10, 4 Ut elapso A. — 10, 6 ab alto throno A. — 11, 1 Tunc flagellis BC. — 12, 4 Cantica davica (l: Davidica?) A. — Str. 13 u. 14 umgestellt C. — 13, 2 quae docentur B. — 14, 3 populos fehlt A. — 14, 5 Tuos fehlt A. — Str. 15 u. 16 umgestellt B. — 15, 1 Supplices petimus B. — 15, 4 considerans C. — 16, 2 timore ABC. — 16, 4 subvenias A, subveniens B. — Das weitere fehlt C. — 17, 2 Tot fehlt B, poenitis A, agitemur AB. — 17, 3 Pugna B. — 17, 7 Et dipredonibus A; Et tiris prae domibus B. — 18, 1 interventus A. — 18, 2 liberare A, liberati B. — 18, 7 poenitentia B. — 19, 2 nostri A, nostra B. — 19, 3 Liberati A, fehlt B: pandens B. — 19, 5 Invenies B, Dominus A. — 20, 1 Parte fruges B. — 20, 2 Secundo nos B. — 20, 3 Satiatus A. — Bei 12, 4 springt A von fol. 8b auf 17a über. — Der Hymnus ist sequenzartig gebaut, nur zwischen 9 und 10 läßt sich der Parallelismus nicht erreichen.

450. De sancto Paulo.

1. Doctor egregie, Paule, mores instrue
Et mente polum nos transferre satage,
Donec perfectum largiatur plenius,
Evacuato, quod ex parte gerimus.
2. Plasmator Pauli, doctoris eximii,
Suo rogatu nos tecum nunc dirige
Et jugiter hic nos defende sedule,
Ut te fruamur in aeterna requie.
3. Virgo caste, Paule, hostes nostos repelle
Nos protegendo armis tuae gratiae,
Quam tibi dedit imperator omnium
Nos liberando de veneno viperae.
4. Vas deitatis secretorum omnium,
Nos recommenda nostro pio iudici,
Ut sentiamus nos habere gratiam,
Quam exspectamus nunc et in perpetuum.
5. Sit trinitati sempiterna gloria
Honor, potestas atque jubilatio,
In trinitate cui manet imperium
Ex tunc et modo per aeterna saecula.

Antiph. ms. Italicum saec. 15. Cod. Rossian. s. n.

451. De s. Paulo Eremita.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none">1. Antiquum throno positum
Scandit Paulus ad inclitum,
Dierum senex, insitum
Verbum et sanctum spiritum.2. Beatus puer oneris
Jugum sub annis teneris
Christi tulit et sceleris
Nil traxit doctus literis.3. Cum ditat gaza puerum
Multa parente liberum,
Sanctorum Christi pauperum
Libens surgit ad numerum.4. Dolosi non uleiscitur
Affinis iram, patitur
Hostis, Christum consequitur
Parentem, cum occiditur. | <ol style="list-style-type: none">5. Et sanctum in certamine
Hunc caedi ferro, flumine,
Hunc cernit cum libidine
Bellantem sine crimine.6. Fretum sancto juvamine
Spirato Christi numine,
Linguae praecisae sanguine
Polluto vultu feminae.7. Gemit adversa, prospera
Plus metuit, ad nemora
Fugit; o Paule, munera
Beata nobis impetra.8. Honor virtutis inclitae
Patri prolique genitae,
Sacro spirato flamine
Sit sine meta termini. |
|---|--|

Brev. ms. Franciscan. Gallic. saec. 14. Cod. Matriten. Bb 166. A. — Brev. ms. Mantuanum saec. 15. Cod. Univ. Patavin. 734. B. — Brev. ms. Eremitarum s. Augustini saec. 15. Cod. Londinen. Add. 16891. C. — Brev. ms. Curiense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX. D. — Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540. E. — 1, 1 corona positum D. — 1, 3 senex unicum D. — 1, 4 Verbum tenet et spiritum. — 2, 4 Non traxit ABD. — 3, 1 Dum dicit B. — 3, 4 munerum A. — 4, 3 Christum hosti consequitur ABD. — 4, 4 fehlt A; Per eum dum occiditur D. — 5, 1 B sanctos BDE, sanctis A. — 5, 2 flamine BD; caedi in eruciamine A. — 6, 1 Precum sancto B, sacro A. — 6, 3 Lies nomine? — 7, 1 Demit A, Temnit D. — 7, 3 Fugit pauper munera D. — Str. 8 fehlt D.

452. De s. Paulo Eremita.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. In vasta solitudine
Ut adipis pinguedine
Afflatus sacro flamine
Christum cernit in lumine.</p> <p>2. Karica pauca pascitur,
Caro jejuna teritur,
Sed spiritus erigitur,
Fraus hostis multa pellitur.</p> <p>3. Latex arentem reficit,
Non vini luxus inficit,
Sophia patris afficit,
Paulum virtute perficit.</p> | <p>4. Membra sacrata mollibus
Spretis palmae rigoribus
Operta charismatibus
Refforet et virtutibus.</p> <p>5. Novit orare sedulus
Fidelis Dei famulus,
Nos meritis et precibus
Jungat sanctorum civibus.</p> <p>6. Honor virtutis inclitae
Patri prolique genitae,
Sacro spirato flamine
Sit sine meta termini.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Franciscan. Gallic. saec. 14. Cod. Matriten. Bb 166. A. — Brev. ms. Mantuanum saec. 15. Cod. Univ. Patavin. 734. B. — Brev. ms. Eremitarum s. Augustini saec. 15. Cod. Londinen. Add. 16891. G. — Brev. ms. Curiense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX. D. — Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540. E. — 1, 2 adipem A; adipe D. — 1, 4 cernit fehlt A. — 2, 1 Farina parva D. — 2, 2 Jejuna caro D. — 3, 2 Non fehlt D. — 4, 3 Aperta B. — 4, 4 Reflorent A. — 5, 1 Novit ora redulus A. — 5, 4 Conjungat coelorum A. — Die drei Hymnen auf Paulus bilden zusammen ein Alphabet; den Hymnus ad Vesperas, die Buchstaben O—X umfassend, vgl. Anal. IV, Nr. 413.

453. In Translatione s. Pauli.

Ad Vesperas.

1. Inclitos Pauli recolens honores
Concinat laudes populus fidelis
Atque coelestes resonent canoro
Carmine cives.
2. Ille terrenis opibus locuples
Literarumque studio peritus
Atque florentis fuerat juventae
Splendidus aevo.

3. Praetulit Christi tamen his amorem
Dulcis et linquens patriae penates,
Ut Deo soli vacet, in silenti
Conditus antro.
4. Fame nutricem scelerum juventam
Frangit et corpus subjicit labore,
Ut Deo castam sine labe vitam
Ducere possit.
5. Hoc duce prisci petiere patres
Antra deserti Dominumque pura
Mente quaerentes meruere vitae
Regna beatae.
6. Paule, sic nostram petimus salutem
Cures, ut coeli subeamus arcem
Atque cum sanctis mereamur hymnos
Dicere Christo.
7. Sit Deo patri decus et potestas
Et tibi, lapsi reparator orbis,
Quique septenis, paraclete, lustras
Pectora donis.

Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540. — 1, 2 Concinet. — 3, 2 penatas.

454. In Translatione s. Pauli.

Ad Laudes.

1. Laudibus Christo jubilent fideles,
Cujus in terris deditus amori
Paulus aeternam meruit coronam
Caelibe vita.
2. Palma praebebat foliis amictum,
Fructibus victum, sitientis amnis
Irrigat fauces, tamen nec unquam his
Est satiatus.
3. Mente coelestes meditans honores
Splendidam Christi faciem frequenter
Adspicit gaudens fruiturque dulci
Nectare coeli.
4. Pane sexdenos alitur per annos,
Quem Dei nutu medium ferebat
Corvus, ut fessam melior senectam
Pasceret esca.
5. Inde post vitae varios labores
Inter orandum moribunda membra
Spiritus linquens meritis coruscans
Astra petebat.

6. Obviam cives veniunt superni,
Et prophetarum comitatur agmen,
Angeli summi revehunt canentes
Regis in arcem.
7. Paule, jam summo residens Olympo,
Impetra Christi famulis favorem,
Ut scelus laxet tribuatque summum
Scandere coelum.

Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540.

455. De sancto Paulino.

1. Agamus Domino laudes cum cantico
Melodis vocibus et piis mentibus,
Qui suos martyres, strenuos milites,
Coronat pro victoria.
2. Benigna caritas, sanctorum pietas
Terrena respuit, coelica tenuit,
Paulinus floridum probat martyrium
Tormenta per immania.
3. Cujus sanctissimum caput per ferreum
Teritur malleum, funditur cerebrum,
Cruore rubeum, sicut lac candidum
Ad faucis currens intima.
4. Da nobis, Domine, pro tuo nomine
Devote vivere, te semper timere
Teque diligere, placide colere
Paulini sacra merita.
5. Esto propitius tuis fidelibus,
Rex potentissime, conditor optime,
Paulini servulos magnos et parvulos
Guberna tua gratia.
6. Fiat hoc, genitor, fer, mundi redemptor,
Da, sancte spiritus, quod sane petimus;
Sit tibi, trinitas, una divinitas,
Laus, honor, virtus, gloria.

Brev. ms. S. Caeciliae Colonien. saec. 16. Cod. Darmstadien. 2656. —
3, 2 Conteritur.

456. De ss. Petro et Paulo.

1. Sanctorum pariter promite principum
Natalem, socii, psallite laudibus
Insignemque triumphum,
Gaudentes sonitum date.

2. Hoc poscit utique inclita gloria
Tantorum comitum regis et optimi,
Cum quo lucis in arce
Laeti perpetuo manent.
3. Nam Petrus titulum erigit arduum,
Cum pro laude Dei claviger aetheris
Exsultat generosus
Coeli regna potens tenens.
4. Cujus perpetuus exstat et inclitus
Paulus nam socius doctor et optimus,
Christi vas pretiosum
Et rector populi Dei.
5. En, quod iste vocat, ille supra locat,
Quod Paulus adhibet, hoc Petrus inseret,
Christi testis uterque,
Coeli cives et incolae.
6. Christum morte crucis nam sequitur Petrus,
Cum caesus capite Paulus et horride est,
Victores caput unum,
Ambo rite tenent domum.
7. Nos horum precibus, Christe, piissimis
Te dones citius poscere coelitus,
Absit scelus quod omne
Et cuncta veniant bona.
8. Immunes manibus simus et actibus,
Sensum corde pium confer et optimum,
Ut te rite colentes
Sequamur Dominum greges.
9. Cujus orbis honor, cujus et aethera,
Cujus tam et salus et bona maxima,
Est cui nomen in aevum,
Regnum perpetuum simul.

Hymm. ms. Fredeslariense saec. 11. Cod. Casselan. Ms. theol. IV 25. —
4, 4 Deus. — 6, 1 Spiritum (Spm), falsche Initiale.

457. De sancto Petro.

- | | |
|---|---|
| 1. Apostolorum principem,
Celsam columnam ecclesiae,
Fortem petram fundamine,
Petrum fideles concrepent. | 3. Clarus sacro praeconio,
Princeps caputque principum,
Dignus, cui dans gloriam
Pedes redemptor abluit. |
| 2. Hic pastor et vicarius
Altissimi praelatus est
Barjona nomen promerens
Et porta coeli factus est. | 4. Qui puppe lapsus pendulo
Pontum premit vestigio
Et dorsa per liquentia
Fidus fide perambulat. |

- | | |
|---|---|
| 5. Tactu salubri arentia
Resuscitans cadavera
Et umbra, quotquot attigit
Aegros, medelam contulit. | 6. Virtute tanta nobilis,
Ubique primus eminens,
Romae cathedrae praesul est
Et arce coeli consul est. |
|---|---|

Hymn. ms. saec. 10. Cod. Bernen. 455. — 2, 3 Vom Worte nomen nur die erste Silbe geschrieben. — Cfr. Hagen, Carmina medii aevi (Bernae 1877) p. 59.

458. De ss. Praejecto et Amarino.

1. Annua festa celebret ecclesia
In laude Christi, quem adorant angeli,
Qui dedit clemens triumphare milites,
Quorum coronas pandit haec solemnitas.
2. Sanctus Praejectus, pontifex egregius,
Digno amoru Amarino hospiti
Notus placebat, caritas hos junxerat,
Donans abbatem pontifici comitem.
3. Qui cū exemplum fidei et operum,
Praesul doctrina, abbas reverentia
Populis darent, clari signis fierent,
Per hostis dolum passi sunt martyrium.
4. Hos infinitae consortes laetitiae
Poscimus nobis adesse suffragiis
Apud te, Christe, fons misericordiae,
Ut nos hic regas tandem illis socies.
5. Quod tu concedas, sempiterna trinitas,
Praesens ubique, unius essentiae,
Ut te laudantes dicamus unanimes:
Laus Deo soli in saeculum saeculi.

Brev. ms. saec. 15. Cod. Eremiten. 759. — 4, 4 regat; sociat.

459. De sancto Quintino.

1. Militem Christi pariter canamus
Quintinum, sacris meritis coruscum,
Hymnicas Deo resonando laudes
Carminis almi.
2. Adsto nunc tuis oculis cruentis,
Sed manu Christi moderante cuncta
Victor in poenis penetravit terras
Sorte reorum.

462. De sancta Quiteria.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Recreator et purgator,
Per virginem te, regnator,
Vasconum colit pietas,
Fidelis universitas. | 3. Audi precantis agminis
Preces merito virginis,
Nostra remitte crimina,
Rerum salus intermina. |
| 2. Hymnum Deo vox jucunda
Sonuit, dum virgo munda
Sectum caput continuit,
Novum sidus emicuit. | 4. Adest dies sanctissima,
Qua martyr candidissima
Dat trinitatis radio
Festivo laudes gaudio. |

Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 84. — 1, 3 Nasconum colit quietas. — 3, 4 Rex salus.

463. De sancta Regenflede.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Coeli pandant gloriosum
virginis praeconium,
Vitam atque penetrale
secretorum omnium,
Atque fantur, quod non fatur
apud ullum hominum. | 4. Angelorum nacta vitam,
ut mortales angelos
Faceret et veri solis
propalaret radios
Et supernae civitati
restauraret perditos. |
| 2. Rex aeternus ac immensus,
rex insuperabilis,
Qui creavit coelum, terram
mira providentia
Facit, ut in sanctis suis
exstet ineffabilis. | 5. Per desertum hujus vitae
gregem sibi subditum
Manna pavit ac lymphavit,
quo pararet aditum
Ad ingressum sanctae terrae,
quo pars est viventium. |
| 3. Regenfledis admirandae
implevit praecordia
Vivo fonte, quo potaret
subditorum agmina,
Quibus sanctam donis plenam
promulgaret regulam. | 6. Sit laus patri filioque,
laus sit sancto flamine,
Qui devotam Regenfledam
magnis vitae meritis
Decoravit et aeternis
mancipavit praediis. |

Apographum ecclesiae in Hoenepele saec. 18/19.

464. De sancta Regenflede.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Gaude, Austrovandia,
Gaude de Christi munere,
Laudes in voce varia
Corde promas et opere. | 2. Regenfledis sanctissima
De te nascendo prodiit,
Rite detestans infima
Coeleste regnum petiit. |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| 3. Ex regali prosapia
Regi coelesti placuit,
Electum super milia
Quaerens invenit, tenuit. | 5. Laeta stupet vicinia
Fractis naturae regulis,
Dum per ejus suffragia
Miranda fiunt saeculis. |
| 4. Conjuncta coeli civibus
Vitae potatur flumine,
Divinis vacans laudibus
Lumen vidit in lumine. | 6. Laus patri sit ac genito
Simulque sancto flamini,
Ut Regenfredis merito
Nos coeli jungant agmini. |

Apographum ecclesiae in Hoenepele saec. 18/19. — Vgl. den Elisabeth-Hymnus Anal. IV, 130.

465. De sancta Regenfrede.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Hymnum novae laetitiae
Regi canamus omnium,
Qui Regenfredi inclitae
Coeli dat regni solium. | 4. In ejus nunc praeconia
Linguam solvat ecclesia,
Virginis sacrae gloriam
Promat sperando veniam. |
| 2. Monstrant clare miracula,
Quanta sit in coelestibus,
Morbos, pestem, pericula
Suis fugando precibus. | 5. Ipsius per te precibus
Justificari poscimus,
Ut post vitae miserias
Coelum nobis aperias. |
| 3. Dum ava caeca visitat
Beatae hujus tumulum
Ejusque opem dum orat,
Visum recepit pristinum. | 6. Trino Deo et simplici
Sit sempiterna gloria,
Qui praemio multiplici
Sanctam ornat in patria. |

Apographum Ecclesia in Hoenepele saec. 18/19.

466. De sancta Regiswinde.

- | | |
|--|---|
| 1. Mater sancta ecclesia,
Regiswindis solemnna,
Martyrium et merita
Cole laude debita. | 5. Nutrix Satanae profani
Suasu verbera germani
Ulcisci volens nequiter
Necat puellam acriter. |
| 2. Claris haec ex parentibus,
Ut illuceret gentibus,
Orta divina gratia
Cunctorum ad solatia. | 6. Nec satiata scelere
Nefasque volens tegere
Martyrem cum induviis
Exponit sanctam fluvii. |
| 3. Libens progenitoribus
Paruit et majoribus,
Sic in aetate tenera
Christi relucet opera. | 7. Illaesum corpus rivulo
Extractum datur tumulo,
Sed spiritus in anima
Varia cepit gaudia. |
| 4. Christi virgo dum cresceret
Et gratia lucesceret
In septennii dulcore
Christicolarum more, | 8. Laetus praesul oraculo
Sacrato tabernaculo
Tumbam altat mirifice,
Intonant voces coelicae. |

9. In martyris victoria
 Sit trinitati gloria,
 Per cuius patrocinia
 Poli sumamus gaudia.

Diurn. ms. Adelbergense saec. 15. Cod. Univers. Patavin. 948. — 1, 4 fehlt eine Silbe; lies nunc cole oder recole? — 4, 2 Divina gratia lucesceret; lies lucesceret? — 4, 4 fehlt eine Silbe. — 5, 4 Occat puellam. — 8, 1 Latus praesul.

467. In Translatione Trium Regum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Jesu, vocator gentium,
 Illuminator cordium,
 Haec pro magorum gloria
 Clementer audi cantica.</p> <p>2. Ducti superno lumine
 Currunt magi cum munere
 Et te reperto procidunt
 Laetique dona proferunt.</p> <p>3. Quot dona, tot mysteria:
 Per thus patet divinitas,
 Auro potestas regia,
 Myrrhaque mors ostenditur.</p> | <p>4. Dum sanctitati debitas
 Magi coronas impetrant,
 Terrae relinquunt corpora,
 His dives est Colonia.</p> <p>5. Horum rogatu, quaesumus,
 Largire, Jesu, servulis,
 Sequi vocantis gratiam,
 Ut consequamur gloriam.</p> <p>6. Deo patri sit gloria
 Tibique, patris unice,
 Cum spiritu paraclito
 Nunc et per omne saeculum.</p> |
|---|--|

Hymn. ms. Sanctensis saec. 15. Cod. Sancten. s. n. add. saec. ¹⁵/₁₆. — Mel.: A solis ortus cardine.

468. De sancto Remigio.

- | | |
|--|--|
| <p>1. O confessorum dignitas,
 Ex te manat benignitas,
 Quam Christi vera charitas
 Ex para nutrit gratia.</p> <p>2. Remorum in remedium
 Salutis prodit lilium,
 Quae protulit Remigium
 Ad Francorum solatia.</p> <p>3. Mirabilem virtutibus,
 Perplacidum obtutibus
 Cunctorum atque nutibus
 Hunc divina clementia.</p> <p>4. Mirando fidem praedicat
 Exemplis et fructificat,
 Infirmos verbis medicat
 Sua sancta praesentia.</p> | <p>5. Orans lumen restituit
 Caecis, vinum, quod defuit,
 Augmentat et comminuit
 Hostis diri saevitiam.</p> <p>6. Mactus hic in contrariis,
 Humilis in fortuneis,
 Compatiens miseriis
 Moestis dedit laetitiam.</p> <p>7. Propulsa, pater, nebulas
 Culpaе, pacis da serulas,
 Mentis opere sedulas
 Fac caritatis germine.</p> <p>8. Nobis hoc summa trinitas,
 Simplex concedat unitas,
 Patris, nati divinitas
 Cum sancto semper flamine.</p> |
|--|--|

Psalt. ms. Borkense A 6. saec. 15. — 2, 2 Salutis pre exsilium. — 6, 1 atus hic in mit fehlender Initiale. — Mel: Jesu nostra redemptio.

469. De sancto Roberto.

- | | |
|---|---|
| 1. Olim vernans Campania
Novum produxit flosculum,
Cujus nobis fragrantia
Vitae praestat spiraculum. | 3. Benedicti patris aemulus,
Sic illi se contemperat,
Ut fonte manans rivulus
Aguas vitae circumferat. |
| 2. Cisterciensis ordinis
Primus cultor et regulae,
Causam dedit originis
Religionis plantulae. | 4. Eja, fratres, jam plaudite
Roberti ob memoriam,
Laudes patris attollite
Sequendo sanctimoniam. |
| 5. Qui velut sol in aethere
Fulsit in domo Domini,
Clarus signis et opere,
Carus Deo et homini. | |

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521.

470. De sancto Rudberto.

- | | |
|---|--|
| 1. Macte, summe confessorum
Cum Christo regnantium,
Gregis tui pastor pius,
adesto precantibus
Et criminum veterorum
resolve chirographum. | 2. Sit patri virtus, potestas,
perpes sempiternitas,
Ejus concrepet et nato
honor, jubilatio,
Pneumati sit laus perennis
saeculorum saeculis. |
|---|--|

Brev. ms. Lambrechtense saec. 15. Cod. Eschingan. 313.

471. De sancta Scholastica.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Nunc sanctae nobis virginis,
Christe, da festa colere,
Pro castis cujus meritis
Te das in coelis cernere. | 3. Haec virgo sacratissima
Servavit pudicitiae
Formam et sine macula
Tecum sedet in aethere. |
| 2. Haec pro te mundi gaudia
Spernens, quo vixit, tempore,
Laudes atque precamina
Studebat tibi solvere. | 4. Quam precamur assidue,
Ut nostris pro reatibus
Sit apud te, piissime,
Oratrix suis precibus. |
| 5. Praesta, pater piissime. | |

Brev. ms. Curiense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX.

472. De sancta Scholastica.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Hymniza cum tripudio
Et cantu, grex monastice,
Ferventi colens studio
Solemnia Scholasticae.</p> <p>2. Haec sprevit ab infantia
Cum suo flore saeculum,
Sequens omni constantia
Mariam vitae speculum.</p> <p>3. Germana fratri similis
Diruptis mundi casibus
Ad Christum sponsa nobilis
Mentis currebat passibus.</p> <p>4. Hinc sanctimonialium
Exemplar esse meruit,
Bonorum aeternalium
Quibus iter aperuit.</p> <p>5. Regnaret ut heriliter,
Serviles motus fomitis
Subjiciens viriliter
His imperavit domitis.</p> | <p>6. Haec nunquam cum errantibus
Mundi cucurrit devia,
Ut Christo famulantibus
Lux esset et dux praevia.</p> <p>7. Frater audire renuit
Precem hujus sollicitam,
Soror invitum tenuit
Per tempestatem subitam.</p> <p>8. Ut nos defendat miserans,
Ad aures Dei clamita,
Tu prece coelum reserans,
Dux, mater, soror, amita.</p> <p>9. Dignare nos hoc nomine
Fratris favendo filiis,
Confirma nomen omine
Vivacibus auxiliis.</p> <p>10. Sit Deo patri gloria,
Sit nato, sit paraclito,
Dum famulae victoria
Culto laudatur debito.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Murense saec. 15/16. Cod. Araugien. M 9. Fol. A. — Brev. ms. Curiense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX. B. — Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Eremiten. 84. C. — 1, 1 Hymnizet B. — 1, 2 monastico B. — 1, 3 Ferventer B. — 2, 3 Sequens cum constantia AC. — 3, 2 Mundi diruptis A. — 4, 1 Nunc sanctimonialium B. — 4, 2 esse fehlt A. — 5, 4 imperaret. B. — 7, 3 Sororem invitam A. — 8, 1 Et nos A. — 8, 2 clamitans A, clamitat C. — 8, 3 coelum prece AC. — 8, 4 Tu mater B, sonorum C, amica ABC. — 9, 2 Fratres fovendos A. — 9, 4 Viventibus A.

473. De sancto Sigisberto.

1. Iste confessor Dei Sigisbertus
Et Columbanus propria linquentes
Ambo haeserunt Domino coelorum
Ex toto corde.
2. Eremum intrant domibus relictis,
Ludicra cura nobilique pompa,
Mundo in isto nil amabant, Dei
Spiritu pleni.
3. In juventute sobriique casti
Pii, quieti, dogmate sacrato
Initiantes baptizabant multos
Fide instructos.

4. Flos paradisi, sanctus Sigisbertus,
In disciplina patris sub rigore
Vivens, plantavit Dei militiam
Ordine sacro.
5. Chorus te laudet sacerdotum sacer
Monachorumque, virginum sanctarum
Pangat caterva sub honore tuo
Munia laudis.
6. Clemens et pius mitisque ad omnes,
Sanctus Sigisbertus propria largitus
Pauperque Deum sequens gaudet stola
Jam duplicata.
7. Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra coeli residens cacumen
Totius mundi machinam gubernat
Trinus et unus.

Officia ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — Zum Vergleiche folgt der Text der Hs :

1) Confessor Domini Sigisbertus et pater Columbanus propria loquentes (!) adhaeserunt Domino corde toto.

2) Exsilium intrabant domibus relictis ludicra cura pompa nobili mundo nil amabant Dei spiritu pleni.

3) In juventute sobrii casti pii et quieti sacrum dogma imittantes baptizabant multos fide instructos.

4) Sigisbertus flos paradisi in disciplina magistri sub rigore coiuens plantat Dei militiam ordine sacro.

5) Chorus te laudat sacerdotum monachorum et virginum pangat caterva honore tuo munia laudis.

6) Clemens pius et mitis ad omnes sanctus Sigisbertus propria largitus pauper Deum sequens gaudet stola duplicata. — 7) Sit salus illi.

474. De sancto Simeone.

1. Concinat noster chorus hoc in aevo
Nunc modo nostris reserata saeculis
Dona, quae quondam latuere multis
Clausa sub umbris.
2. Tempus dum venit opis et salutis,
Virgo post partum remanens Maria
Orbis auctorem peperit stupente
Foedere mundi.
3. Tunc erat sacra Simeon in urbe,
Justus et turbae venerandus omni,
Qui redemptorem cupide petebat
Accelerari.

4. Ille responsum meruit supernum
Ne prius mortem pateretur, usque
Carnis indutum trabea tonantem
Cerneret ulnis.
5. Virgo dum templum filium ferebat,
Legis ut ritu Domino dicaret,
Obviam venit Simeon, vocatus
Sorte superna.
6. Suscipit coelum lacrimis obortis
Tunc senex divos referens honores,
Siderum regi puero canebat
Carmina laudis.
7. Carne jam fessus cupiens resolvi,
Non timet caeci aditus Erebi,
Dum cito sperat redimi per agnum,
Quem videt ortum.
8. Auferat nostros puer ut reatus,
Quem tuis sacris manibus tulisti,
Jugiter mactis meritis perora,
Juste sacerdos.
9. Laus patri summo genitoque semper,
Flamini sacro simul et potestas,
Qui Deus simplex ditioe solus
Cuncta gubernat.

Brev. Valentinum imp. Neapoli 1489. — Nach Str. 4 Divisio ad Laudes.

475. De sancto Sixto.

1. Christe, sanctorum precibus tuorum
Vincla pollutae pie solve linguae,
Cordis ut puris resonemus antris
Carmina laudis.
2. Hacc dies Sixti meritis beati
Constat jucundo veneranda mundo,
Qui tuos gressus meruit secutus
Scandere caelos.
3. Non fuit major tibi, Roma, doctor
Pontifex sancto potiorque Sixto,
Qui nefandorum potuit deorum
Sternere templum.
4. Ille divinis adeo praeceptis
Mitis ac promptus paret, ut benignus
Sanguinis rubra meruisset unda
Gaudia celsa.

5. Martyris hujus precibus placatus
Terge jam nostras, Deus alme, culpas
Nosque coelorum habitare regnum
Redde per aevum.
6. Laus patri sancto maneatque nato,
Cum quibus sanctus regit omne flatus,
Quidquid in terra viget atque supra,
Saecula cuncta.

Brev. ms. Wisensteigense saec. 15. Cod. Maihingen. II 1 Fol. 178. —
6, 2 omni flatu.

476. De sancto Stanislao.

1. Gaude, mater ecclesia,
Gaude, felix Cracovia,
Stanislai eximia
Celebrans solemnia.
2. In hac vita qui dum vixit,
Functo jam foetenti dixit:
Surge frater, et revixit
Huic in testimonium.
3. Aures surdis reserasti,
Claudis gressum reparasti,
Caecos luce perlustrasti
Divina clementia.
4. Trino Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos prece Stanislai
Ducat ad coelestia.

Brev. ms. Benedictin. Cracovien. (?) anni 1406. Cod. Berolinen. IV° 149.
(Scriptum per Albertum, filium Bartholomaei, natione de Sroda.)

477. De sancto Stephano.

1. Christe, sanctorum decus atque virtus,
Splendor aeterni radians parentis,
Vota servorum veniam precantum
Suscipe clemens.
2. Ecce, solemnes resonemus omnes
Carminum laudes Stephani colentes
Festa, qui celsum meruit polorum
Scandere regnum.
3. Aula quo coeli patuit secreti,
Christus a dextris genitoris adstans
Hocque hostilem patiente plebem
Milite vicit.
4. Hujus ut nostram precibus beatam
Coelitus vitam facias, precamur,
Perpetis regni tribuendo semper
Gaudia nobis.
5. Arce quo coeli mereamur omnes
Alma sanctorum habitare templa
Intra sacratum numerum piorum
Omne per aevum.

6. Praestet hoc nostrae genitor catervae
Ejus ac natus pariterque sanctus
Spiritus cunctae simul atque turbae
Christicolarum.

Hymn. ms. Veronensis saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. A. — Hymn. ms. Fredelesiensis saec. 11. ex. Cod. Casselan. Ms. Theol. IV. 25. B. — 1, 3 precantis A. — 3, 2 ad dextris B. — 3, 4 Militem A.

478. De sancto Stephano.

- | | |
|--|---|
| 1. Hymnum canamus gratiae
Christo, qui est rex gloriae,
Et Stephani martyrium
Plebs recolat fidelium. | 4. Haec Judaeis cernentibus
In hunc stridebant dentibus
Et impetum crudeliter
Fecerunt unanimiter. |
| 2. Hic erat plenus gratia,
Ut testatur historia,
Faciens prodigia
Et signa mirabilia. | 5. Extra urbem projicitur,
Lapidibus obruitur,
Saulus custodit omnium
Vestes lapidantium. |
| 3. Coelos videns vir inclitus
Apertos est intuitus
Jesum stantem in gloria
Ad patris sui dexteram. | 6. Sic pro se lapidantibus
Orat cunctis adstantibus:
Hoc peccatum ne statuas
Illis, Christe, sed abluas. |
7. Cum haec dixisset, subito
Obdormivit in Domino,
Cui laus est et gloria
Per infinita saecula.

Antiph. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Tungren. IV. — 3, 3 in gloriam. — 3, 4 Lies A patris sui dextera? — 4, 4 Steterunt unanimiter.

479. De s. Stephano Grandimontensi.

- | | |
|---|--|
| 1. Olim vernans Arvernia
Novum produxit flosculum,
Cujus nobis fraglantia
Vitae praestat spiraculum. | 4. Jam plenus Dei gratia
Elegit solitariam
Vitam et vitans vitia
Adeptus est victoriam. |
| 2. Dedit huic nomen Stephanus
Favor divini numinis,
Nec est relictus orphanus
A veritate nominis. | 5. Grandimontensis ordinis
Primus inventor regulae,
Causam dedit originis
Religionis plantulae. |
| 3. Stephanus sonat gratiam,
Coronam sive regulam,
Quam trinam efficaciam
Implet per vitae formulam. | 6. Magnus uterque Stephanus:
Hic martyr, rosa, primula,
Hic castitatis Libanus,
Vitae novellae formula. |

7. Gloria tibi, Domine,
Per quem habemus Stephanum,
Cujus tuti munimine
Mortis vitemus elibanum.

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 2, 2 divini muneris gegen den Reim. — 3, 3 Quem. — 3, 4 vitae famulum.

480. De sancto Stephano rege.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaude, mater Hungaria,
Prolis agens praeconium
Cum laude multifaria
Patronum lauda proprium. | 6. Puer crescens progreditur
Sicut cedrus in Libano,
Praedictum nomen inditur
Hinc a beato Stephano. |
| 2. Hic tibi verus lucifer
Lumen fidei praebuit,
Datus a Deo legifer
Viam salutis docuit. | 7. Dignis datur doctoribus
Imbuendus in literis,
Probis ornatur moribus
Sub annis adhuc teneris. |
| 3. Geisae duci decrepito
Divina fit promissio,
Et Stephanus a Stephano
Vocatus est in utero. | 8. Adolescens progreditur
Verbum salutis serere,
Gens Hungara convertitur
Et baptizatur propere. |
| 4. Cujus ortus praedicatur
Patri coelesti nuntio,
Martyr ad matrem mittitur
Nascentis vaticinio. | 9. Olim erroris populus
Divinum lumen conspicit,
Pulsis tenebris sedulus
Se Christi jugo subjicit. |
| 5. Nato gaudet Hungaria,
Damnatur idolatria,
Coelestis datur gloria,
Beata fit memoria. | 10. Trino Deo et simplici
Sit laus, honor et gloria,
Quae sancti regis supplici
Prece det coeli gaudia. |

Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1450. — Der Hymnus ist eine Erweiterung von Anal. IV, 238 — Str. 3 spätere Zuthat, wie der Reim beweist.

481. De sancto Syro.

- | | |
|--|--|
| 1. Syrus tonantis unicum
Natum revelavit Dei
Sacro beatus fame
In urbe Ticinensium. | 4. Primus pater plebis sacer
Principium et vatum fuit,
Juventium fovit virum
Honore, actibus parem. |
| 2. Fultus perenni munere
Religione floruit,
Orante quo functus redit
Et lingua fatur impotis. | 5. Successor aequalissimus
Haec signa virtutum dedit,
Jussit Ticini fluctibus,
Mox unda censum revelit. |
| 3. Caecis refulso lumine
Jussu fugavit daemones,
Languore sublato medens
Infirmitate tabidis. | 6. Pergit Mediolanensibus
Praecepta vitae pandere,
Currunt malorum complices
Sanctum Dei perimere. |

- | | |
|---|---|
| <p>7. Fixi superno arbitrio
Haesere confestim solo,
Concidit impius furor
Vastante prorsus grandine.</p> <p>8. Conversa tandem clamitat
Elisa turba praesulem,
Quos ille fundavit fide
Undaque fontis abluit.</p> <p>9. Majora gessit sanctior,
Clerum gradusve ceteros
Statuit in plebe nova
Vitae perennis indices.</p> | <p>10. Post haec Papiam remeans
Dolore confectam sanat,
Tristem parat paralysim,
Donat medelae gaudia.</p> <p>11. Insaniam Porphyrii
Convertit ad modestiam,
Aqua lotum baptismatis
Praenittit ad regem poli.</p> <p>12. Quo nuntius sanctus iit
Et ipse luce perpeti
Usurus, adsequi queat
Hanc coetus hic canentium.</p> <p>13. Deo patri et filio
Honor, potestas, gloria,
Sancto simul spiritui
Per infinita saecula.</p> |
|---|---|

Passionale ms. saec. 9/10. Cod. Sangallen. 566. — 1, 3 Sacros beatus femine. — 3, 4 tabidos. — 4, 3 Hiventium fovit. — 4, 4 Honorem actibus; lies Honore et actibus? — 5, 3 Ticinensi. — 6, 1 Mediolanensium. — 10, 3 Lies Tristem fugat? — 12, 1 Quo nuntius sanctis ut. — 12, 4 Lies Hunc?

482. De sancto Tegulo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Jucundis pangat vocibus
Chorus ecclesiasticus
Laudans Christi praeconia
Hac die celeberrima.</p> <p>2. Qua martyr Dei Tegulus,
Vir, inquam, devotissimus,
Carnis solutus nexibus
Conjunctus est coelestibus.</p> <p>3. Fulgens praeclaris actibus
Ac divinis affatibus
Vana detestans idola
Coeli potitur gloria.</p> | <p>4. Exsultet Hipporegia
Tanto patrono praedita,
Ejus intenta laudibus
Coeli jungatur civibus.</p> <p>5. O martyr Christi, Tegule,
Dux, custos Hipporegiae,
Pro nostris facinoribus
Interveni propitius.</p> <p>6. Adquire nobis veniam
Apud Christi clementiam,
Ut expiati sordibus
Coeli fruamur dapibus.</p> <p>7. Praestet aeterna trinitas,
Ejusdem simplex unitas,
Patris natique caritas,
Cuncta gubernans unitas.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Hipporegiense anni 1488. Cod. Capit. Hipporegien. 9. — 4, 1 (5, 2) ypporegia. — Die Abschrift dieses und der folgenden drei Hymnen verdanke ich der Güte des Hochw. Herrn P. Fedele Savio S. J.

483. De sancto Tegulo.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| 1. Exsultet aula coelica,
Laetetur Hipporegia,
Dum refert nobis orbita
Teguli patrocina. | 4. O venerande Tegule,
O martyr Dei inclite,
Cunctis, qui corde credulo
Te poscunt in periculo, |
| 2. Hic doctus in infantia
Christi tenens vestigia
Dat virtutum primordia
Inter orbis crepundia. | 5. Aufer mortis dispendia,
Confer vitae remedia,
Quo post carnis exsilia
Tecum simus in gloria. |
| 3. De Thebaeorum agmine
Refulsit hic mirifice
Mortem libenter sustinens
Velut agnus sic innocens. | 6. Praesta, pater ingenite,
Jesu cum sancto flamine,
Ut hujus sancti precibus
Locemur in coelestibus. |

Brev. ms. Hipporegiense anni 1488. Cod. Capit. Hipporegien. 9. —
1, 2 ypporegia. — 1, 4 Tbeguli. — Das Officium des Heiligen ist in Prosa
abgefafst, nur das Resp. der 9. Lektion in gebundener Rede:

Reverendo Vuarmundo,
Antistiti tam jucundo,
Coelitus est revelatum,
Ut hunc sanctum quaerat gratum;
Quem cum inde recepisset,
Secum quoque detulisset,
Cum comitiva plaudenti
Clericorumque psallenti
Ad civitatem regiam
Porta(ve)runt Hipporegiam;
Ergo plaude jucundanter
Atque psalle festivanter
De tam excelso patrono
Tibi dato de coeli throno.

484. De sancto Tegulo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Longo tendentes tramite
Fuerunt turbae obviae,
Morbis obsessi variis
Petentes signa martyris. | 4. Solve ligatos vinculis
Rogans custodem operis,
Deterge mentis tenebras,
Restringe curas noxias. |
| 2. Dicentes: martyr, respice,
Magno quos carnis pondere
Gravatos pestilentia
Refoveas clementia. | 5. Age misertus precibus
Donans salutem pluribus,
Pestem depellas corporum,
Da salutis remedium. |
| 3. Subveni nobis miseris
Cum precibus sanctissimis,
Qui coronaris gloria,
Confer salutis munera. | 6. O martyr Christi, poscimus,
Succurre postulantibus,
Nam pro nostris excessibus
Gementes preces fundimus. |

- | | |
|--|--|
| 7. Implora nobis veniam,
Regni coelestis januam,
Nostros amove gemitus
Rogando Christum precibus. | 8. Sit laus patri cum filio,
Sancto simul paraclito
Et martyris auxilio
Fruamur coeli gaudio. |
|--|--|

Brev. ms. Hipporegiense anni 1488. Cod. Capit. Hipporegien. 9. —
1, 4 Petente. — 5, 3 Peste.

485. De sancto Tegulo.

In 2. Vesperis.

1. Martyr insignis, meritis praeclare,
Temporum metas rota torquet anni,
Tempus, en, nobis, tibi consecratum
Pangere festum.
2. O pie custos nosterque protector,
Sacrata cleri populique turba
Corde prostrato mente pia poscit
Munera tua.
3. Vota cunctorum relevans in aulam
Regis aeterni foveas utrumque
Ordinem, cujus pius nunc existis
Custos in urbe.
4. Supplices tui referunt gementes
Gesta culparum lacrimasque pandunt,
Pessimae mentis animaeque nigrae
Crimina laxa.
5. Tu procul casus prohibe tonantes,
Pelle peccata, tenua furorem
Pestis, et morbi, petimus, recedant
A loco isto.
6. Moribus cunctis moderare vitam,
Confer suavem placidamque mentem,
Et corda nostra semper meditentur
Opera Christi.
7. O martyr, praebe miseris misertus,
Lacrimas juges, gemitus profundos,
Et tuis per te meritis resurgant
Hipporienses.
8. Credimus Christum pretium laboris,
Praemium justum tibi contulisse,
Cum quo exsultas in excelso throno
Omne per aevum.

9. Gloriam Christo supplices canamus
Ore prostrati, corde supplicanti,
Qui majestatis semper tenet arcem
Trinus et unus.

Brev. ms. Hipporegiense anni 1488. Cod. Capit. Hipporegien. 9. —
5, 2 tenue. — 6, 3 Lies Ut corda? — 7, 3 Lies ut tuis?

486. De sancto Theodardo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaudet prole Gallia,
Laetetur patre Legia,
Sancti provecta meritis
Theodardi antistitis. | 4. Sic pro gregis regimine
Suo perfusus sanguine
Aulam scandit ad arduam
Coeli luce conspicuam. |
| 2. Hic doctor verae fidei,
Aemulator legis Dei,
Illuminavit patriam
Destruens idolatriam. | 5. Pastor oves considera,
Tecum perduc ad sidera,
Ut angelorum legio
Nostro sit in collegio. |
| 3. Cum ministros nequitiae
Praedicator ecclesiae
Salubriter redarguit,
Fraude caesus occubuit. | 6. Hoc nobis praestet deitas,
In unitate trinitas,
Quam Theordardus coluit
Deum unum et docuit. |

Brev. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Semin. Leodien. 6 M 2. A. —
Brev. Leodiense imp. Lovanii 1498. B. — 4, 2 profusus A. — 6, 2 In
fehlt A.

487. De sancto Theodardo.

Ad Laudes.

1. Aulae paradisi laudemus dominum,
Felicem praesulem, sanctum Theodardum.
2. De stirpe nobili Francorum editus,
Gratia refulsit divina praeditus.
3. Tongrorum adeptus culmen praesulatus,
Sacris virtutibus fulsit Theordardus.
4. Nunquam resolutus fuit ad otium,
Quinque talentorum implens negotium.
5. Pro defensione rerum ecclesiae
In silva peremptus est Elizaciae.
6. Pius ab impiis occisus nequiter
Regna coelestia scandit feliciter.
7. Sit laus trinitati, unitati trinae
Honor et potesats nunc et sine fine.

Brev. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Semin. Leodien. 6 M 2. A. —
Brev. Leodiense imp. Lovanii 1498. B. — 4, 1 Nondum resolutus A. —
7, 1 Sit tibi laus. — 7, 2 nunc et semper sine A.

488. De sancto Theodoro.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Theodoram clarissimum,
Athletam invictissimum,
Laudemus cuncti pariter
Concinentes hilariter.</p> <p>2. Quem sub imperatoribus
Idolorum cultoribus
Pro cultus Christi titulo
Brinca redegit vinculo.</p> <p>3. In Hellespontum ducitur,
Ut immolet inducitur
Diis falsis, sed non annuit,
Immo constanter renuit.</p> <p>4. Deliberandi spatia
Sibi dantur, audacia
Forti templum intraverat
Dianamque cremaverat.</p> <p>5. Hinc carcere detruditur,
Qui quamvis non recluditur,
Psallentium melodia
Aauditur in custodia.</p> | <p>6. Inter quos confortaverat
Per se Christus et paverat
Ipsam pane angelico
Coetu stipatus coelico.</p> <p>7. E turri ductum Publius
Judex tentat subtilius,
Terrens per horribilia,
Mulcens per placabilia.</p> <p>8. Dum spernit transitoria,
Magna potitus gloria,
Voratus flamma ignium
Consummavit martyrrium.</p> <p>9. Nec solus sed cum fortibus
Coelum intrat consortibus,
Videlicet Cleonio,
Sancto quoque Eutropio.</p> <p>10. Nostrum ob horum meritum
Abstergatur demeritum,
Conferatur aeternitas,
Precamur, sancta trinitas.</p> |
|---|---|

Propr. ms. Uttenpuranum saec. 17. Cod. Casanaten. XX. VII. 37. A. —
Propr. ms. Uttenpuranum saec. 16. post Brev. Casinense imp. Venetiis
1568. Bibl. S. Stephani Augustani. B. — Brev. Constantiense imp.
s. 1. et a. C. — 2, 1 Hunc sub AB. — 4, 2 Ipsi dantur AB. — 5, 1 In
carcerem AB. — 6, 4 stipatur A. — 8, 1 spreuit. AB. — 8, 3 Voraxque
AB. — Str. 9 fehlt A. — 10, 1 Trium ob horum B, Hujus ob sancti A. —
10, 2 Abstergas ut AB. — 10, 3 Aeternitatem conferas AB.

489. De sancto Timotheo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Catholica ecclesia
Suffulta apothesia
Timotheo conjubilat,
Aurora lucis rutilat.</p> <p>2. Lucidus ab infantia
Tua praeventus gratia,
Per Paulum hic fit doctor,
Aeternae rerum conditor.</p> | <p>3. Nobilis hic Christianus
Impositione manus
Pauli accepit spiritum,
Deus, tuorum militum.</p> <p>4. Exaltavit vir insignis
Aegros sanos, probat signis
Fidei testimonium
Deus, creator omnium.</p> <p>5. Sit laus uni trino Deo,
Qui cum sancto Timotheo
Praestet in coeli patria
Beata nobis gaudia.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Curiense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX. —
2, 3 ist verdorben; es fehlt eine Silbe und der Reim, der im ganzen Hymnus
zweisilbig ist.

490. De sancto Timotheo.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Exstinxit simulacrorum
Gallorum et Britannorum
Sanctus culturam veterum,
Creator alme siderum. | 3. Baculos cum lapidibus
Sustinuit ab ovibus
Pro fide libentissime,
Rex Christe clem-
tissime. |
| 2. Electus in episcopum
Turbas pascebat inopum
Celebrando Ephesiae
Mysterium ecclesiae. | 4. Jubilat cum victoria
Timotheus in gloria
Junctus tuae essentiae,
Summae Deus clemen-
tiae. |

5. Sit laus uni trino Deo.

Brev. ms. Cariense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX. —
Dieser Hymnus ist nur eine Divisio des vorigen.

491. De sancto Thoma.

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Sancte Thoma apostole,
Doctor Indorum inclite,
Pro nobis Christum rogita
Per sua sacra vulnera. | 5. Et regis in convivio
Pincerna alapacio
Injuste caedit et probrat,
Hoc Deus digne vindicat. |
| 2. Glorificati corporis
Vulnus dum tangis digitis,
Divinitatis abyssum
Hausisti atque profundum. | 6. Signis coruscas variis,
Multis quoque prodigiis,
Dum regem facis credulum,
Sponsam ejus ac populum. |
| 3. Hinc resurgentis itaque
Es testis constantissime,
A peccatis nos surgere,
Virtutes fac perficere. | 7. Omnes curasti larguidos
Et suscitasti mortuos,
Obsessos solvens homines.
Cunctos depellens daemones. |
| 4. Christus te misit propere
Cum Abbane descendere,
Palatium construere,
Quod perfecisti coelice. | 8. Sit trinitati gloria,
Laus, honor et potentia,
Ut sancti Thomae precibus
Jungamur coeli civibus. |

Psalt. ms. S. Wiperti saec. 15. Cod. Quedlinburgen. 130. — 5, 3 te
caedit. — 6, 4 Sponsam ejus atque sponsam.

492. De s. Thoma Cantuariensi.

1. Beati praesulis festa praeconia,
Qui tot miraculis fulget in Cantia,
Laudibus sedulis atque psalmodia
Laeti canamus hodie.

2. Hic vitae veteris exclusis actibus
Vivebat superis conjunctus moribus,
. . . ceteris sanctis virtutibus,
.
3. Trusus exsilio regis malitia,
Bono triennio mansit in Gallia,
Sed corde sobrio et patientia
Vicit viros invidiae.
4. Tandem consilio regis et civium
Reversus gladio mactatus hostium,
Factus oblatio et sacrificium
Fudit odorem gratiae.
5. Jam Christum sequitur amictus lumine,
Cujus prosequitur laudes cum carmine,
Per quem consequitur in coeli culmine
Virtutis sceptrum regiae.
6. Sit Christo gloria, laus et imperium,
Qui sua gratia memor humilium
Dedit in Cantia tantum praesidium,
Thomam, decus ecclesiae.

Hymn. ms. Campensis anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 1, 3 ac psalmodia. — Str. 2 in folge Beschädigung der Handschrift unvollständig. — 5, 3 consequitur ergänzt.

493. De s. Thoma Cantuariensi.

- | | |
|--|---|
| 1. Thoma, pastorum gloria,
Suavitatis hostia,
Exemplum patientiae,
Tuere jus ecclesiae. | 4. Causa mortis ecclesiae
Pax et zelus justitiae,
Quod divina potentia
Testatur per prodigia. |
| 2. Hujus te vere filium
Mors probat et exsiliū,
Amoris testimonio
Matris occumbens gremio. | 5. Quis legit et quis docuit,
Aut scire prius potuit,
Ablata per judicia
Reddi viro virilia. |
| 3. Sed mors est in victoriam
Versa per Dei gratiam,
Quem volentes extinguere
Gemunt cum Christo vivere. | 6. Sit trinitati gloria,
Cujus sunt haec magnalia,
Quae Thomam cum victoria
Ad coeli vexit gaudia. |

Brev. ms. Curiense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabar. IX.

494. De sancto Udalrico.

- | | |
|--|--|
| 1. In laude regis omnium
Et Udalrici praesulis
Totis medullis cordium
Insistat haec plebs muniis. | 2. Hac nempe laetus lumine
Confessor idem Udalricus
Terrena liquit lubrica,
Coeli petivit gaudia. |
|--|--|

3. Laetare, mater Suevia,
Nati de tui gloria,
Et, Augusta, tu resulta
Aeterna praesulis dona.
4. Tali patrono supplicet,
Quisquis juvari indiget,
Christoque caro jubilent
Per quadra mundi climata.
5. O Udalrice, coelitus
Electe nobis pontifex,
Intende clemens laudibus,
Quas annuatim promimus.
6. Multis aerumnis scindimur,
Tua mederi, quaesumus,
Oratione sedula
Vitaeque dona consequi.
7. Honor, potestas, gloria
Deo patri cum filio
Paraclitoque pneumati
Per saeculorum saecula.

Offic. ms. Augustana saec. 15. Cod. Sangallen. 386. — 1, 2 Et ergänzt. — 1, 4 plebs muneris. — 3, 3 sq. Zusatz oder Überarbeitung. — 5, 1 O ergänzt.

495. De sancto Udalrico.

Ad Vesperas.

1. A solis ortus cardine
Udalricum in agmine
Laeto canamus carmine
Fideli satum sanguine.
2. Beatus in propatulo
Praesignavit miraculo,
Quod vagit in coenaculo
Sacro plenus spiraculo.
3. Clausa pandit mysteria
Vox bajulans imperia,
Post lactis ministeria
Carnis fugit miseria.
4. Domus parentum gaudio
Repletur et convivio
Delectantur in filio,
Quem coeli fovet unctio.
5. Enixa virum gratia
Provexit ad solatia
Genusque moeret anxia
Per ampla terrae spatia.
6. Foeno compar fit lilium
Motus gerens humilium,
Fit arbiter sublimium
Petri praecingens gladium.
7. Gaudet conventus coelitum,
Florere sancti meritum,
Cujus cum Christo spiritum
Coelis videt repositum.
8. Summo patri potentia,
Filio sapientia
Pneumatique clementia
Pari sit in essentia.

Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 51. — 8, 4 Parti sit. — Ad Noct. folgt der Hymnus Ave pater Udalrice (Daniel I, 311).

496. De sancto Udalrico.

Ad Laudes.

1. Laetabunda Deo canat
Hymnum vox ecclesiae,
Qui contritos corde sanat
Unguine laetitiae,
Unde piis virtus manat
Et augmentum gratiae.
2. Tiro Christi pretiosus,
Augustarum pontifex,
Coelum scandit luminosus
Ut virtutum artifex,
Udalricus gloriosus
Quo triumphat opifex.

3. Ex Aegypto vanitatis
Evolat ad patriam,
Possessurus cum beatis
Paradisi gloriam,
Et supernae civitatis
Condecorat curiam.
4. In sublimi constitutus
Ignitorum lapidum
Seraphinos ad obtutus
Motum gerit fervidum,
Sempiternis involutus
Omne calcat fluidum.
5. Ligno vitae recreatur
Cum candoris calculo,
Novum nomen ei datur,
Insignitur annulo
Sanctitatis et ornatur
Castitatis titulo.
6. Numen ergo deitatis,
Quo jerarcha regeris,
Zelo ductus pietatis
Nobis placam miseris,
Dans nos fore claritatis
Asseclas, qua fruieris.
7. Veni, pater et patrone,
Gressus nostros dirige,
Salus et spes in agone,
Corruentes erige,
Firma stantes, pastor bone,
Lapsis opem porrige.
8. Summae sit laus trinitati,
Decus et victoria,
Sit et trinae unitati
Coequalis gloria,
Cujus inest majestati
Permanens essentia.

Brev. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo 51. — 6, 2
jerarchia. — 7, 5 Et firma. — 7, 6 Lapsis apem. — 8, 3 Sit ergänzt.

497. De sancto Udalrico.

1. Novae laudis adsunt nobis
summis festa gaudiis,
Quae rotundus colit orbis
Debitis symphoniis
Sub honore vatis sacri,
confessoris incliti.
2. Quem jam vitis vera suae
praefecerat vineae,
Quo colente dat corymbos
fidei suavissimos,
Laeta sub propagine
digna tanto palmite.
3. Vas electum, Christi templum,
Lauta laurus civium,
Munimentum forte tuis
Saevas contra viperas,
Quas disturbes triviatim,
dulce pignus perpetim.
4. Sit nunc patri laus excelso,
nato laus cum jubilo
Laus aequalis [amborumque]
[sancto] sit spiritui,
Qui ditavit sibi carum
caritate splendidum.

Hymn. ms. Sangallen. (?) saec. 11. Cod. Berolinen. Oct. 1.

498. De sancto Udalrico.

Ad Vesperas.

1. Salus es mundi, Christe, decus coeli,
Inde laudaris nostris semper odis,
Qui nobis diem hunc sacraasti sanctum
Praesulis almi.

2. Annua festa fulgent nobis clara,
Cum scandit coelos Udalricus claros,
Choris supernis sociatur civis
Laude perenni.
3. Infans in cunis est suspensus mammis,
Coelo nutritur, Christo confovetur,
Cui studet ipse sedulus haerere
Corde benigno.
4. Hinc Dei dextra corpus ejus pascha
Secum sacravit, quo reficit omnes,
O quam beati, digne qui pascuntur
Corpore Christi.
5. Te, praesul, servi poscimus prostrati,
Ut lapsus nobis veniam preceris,
Tibi consortes facias nos cives
Aulae coelestis.
6. Praestet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati pariterque sancti
Spiritus, cujus reboat in omni
Gloria mundo.

Brev. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. A. — Brev. Constantiense imp. s. l. et a. B. — 1, 1 decusque A. — 1, 3 sq. Qui nobis hunc sanctum diem praesulis celebrare das almi A. — 2, 2 clarus A. — 2, 3 superis A, civibus A. — 2, 4 Laude Dei perenni. — 3, 1 cunis suspensus a mammis A. — 3, 2 Coelitus B; Movetur coelo nutritore Christo cui commovetur A. — 3, 3 Et studet sedulus A. — 4, 1 dextra corpus ejus tetigit A. — 4, 2 Dum in altari sacravit reficit qui omnes A. — 4, 3 qui digne sic pasci B; Quos beavit digne qui pascuntur A. — 5, 1 prostrati fehlt A. — 5, 2 Lapsa relaxas veniam prae ceteris A. — 5, 3 Tuis famulis cum quibus tutus eris A. — 5, 4 Aula civium supernorum A. — 6, 1 Praestat A. — 6, 2 pneumatisque sancti A. — 6, 3 Cujus virtute roboratur A.

499. De sancto Udalrico.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Adest dies sanctissimus,
Virtute sacra splendidus,
Udalricus qua sedibus
Locatur in coelestibus. | 3. Hic praesul Christi nobilis
Pro sanctitatis meritis,
Quis illum exornaverat
Coelestis regni gratia. |
| 2. Virtute fulgens nobili
Vigiliis, jejuniis
Domabat corpus juvenis,
Ne foedaretur vitiis. | 4. Adesto, praesul inclite,
Precesque nostras suscipe
Offerque summo praesuli
Devota vota populi. |

5. Sit trinitati gloria,
Aeterna laus et inclita
Summo patri et filio
Cum flamine paraclito.

Brev. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — 2, 4 Ne videretur. — 3, 1
Sic praesul. — 4, 2 que fehlt. — 4, 3 que fehlt. — 5, 2 Laus et virtus
inclita. — Vgl. den Hymnus 1096 bei Mone III, 457.

500. De sancto Urbano.

Ad Vesperas.

1. Vita sanctorum martyrum tuorum,
Deus, haec festa celebrare praesta
Sancti Urbani, praesulis Romani,
Quem consecrasti.
2. Tu tuos laetos munere repletos
Adspectu sano tribuis Urbano,
Quem clara sede in coelorum aede
Nobilitasti.
3. Pascha, quo victor surrexit, hoc doctor
Plebi glosavit ac factis probabit,
Cum se ut agnum per tormentum magnum
Deo litavit.
4. Nunc in excelsis, praesul, de conversis
Gaudes, sanctorum sumens singulorum
Praemia digne, te Christus benigne
Glorificavit.
5. Hoc pater tecum disposuit aequum,
Pro passione praemia coronae
Te acceptare; praesul, deprecare
Pro sceleratis.

Diurn. ms. Brisacense saec. 15. Cod. Friburgen. 56.

501. De sancto Urbano.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Orthodoxa ecclesia,
Gaude colens solemnia
Sancti martyris Urbani,
Apostolici Romani. | 3. In dogmate proficiens,
Sacrae scripturae sitiens,
Eradicavit lolium
Papale scandens solium. |
| 2. Qui Romae ortu nobilis
Aevum praeclarae sobolis
Bonis ornavit moribus
Et sanctitatis floribus. | 4. Stuporem mundo intulit
Ejus vita, quae contulit
Christi fidem gentilibus
Robur quoque fidelibus. |

5. Per diversas regiones
Fecit ordinationes,
Et arae ministeria
Argenti de materia.
6. Illustres Valerianum
Et Tiburtium germanum
Cum tribunis baptizavit
Et mille, quos informavit.
7. Sanctus, felici foedere
Insidens Petri cathedrae
Annis octo plus, thesaurum
Dans pauperibus et aurum.
8. Captus plumbatis caeditur,
Et idolum dejicitur,
Hinc fustibus verberatur
Et postmodum decollatur.
9. Gloria tibi, Domine,
Qui locas coeli culmine
Urbanum, gemmam praesulum,
Nunc et per omne saeculum.

Diurn. ms. Brisacense saec. 15. Cod. Friburgen. 56. — 3, 2 lilium. —
7, 4 et aurum ergänzt.

502. De sancta Ursula.

1. Ave, virgo florigera,
Tot milibus tu vernula,
Te Dei fovens gratia
Elegit de Britannia.
2. Tu patri das consilium,
Ne abdicet connubium,
Edocta sic ab angelo
Visu noctis silentio.
3. Sic servas pacem patriae
Et consulis moestitiae,
Pro qua pater sollicitus
Et tristis est et dubius.
4. In navium praeludiis
Tu defers florem virginis,
Anhelans ad martyrium,
Requiens Dei filium.
5. Sit laus patri cum filio,
Spiritui paraclito
Sit nunc et semper gloria
Ab hac Dei familia.

Brev. ms. Montis S. Mariae (?) saec. 13/14. Cod. Guelfenbyteran. Helm.
532. A. — Brev. ms. Montis S. Mariae anni 1340. Cod. Guelfenbyteran.
Helm. 506. B. — Hymn. ms. Montis S. Mariae saec. 14. Cod. Guelfen-
byteran. Helm. 1340. C. — 1, 4 Elegit fehlt A. — 2, 2 addicet A. — 3, 1
Hic servas B. — 3, 2 mestie A.

503. De sancta Ursula.

1. Hae pausant in Colonia,
Quas novit Alemannia
Et Graecia cum India
Totaque coeli curia.
2. Ergo, virgo pulcherrima,
Cum tua turba fulgida
Nostris intende precibus
Devotis et supplicibus.
3. Ut sic flore virgineo
Fruamur in hoc saeculo,
Ne cum stultis virginibus
Pellat sponsus luminibus.
4. Sit laus patri cum filio,
Spiritui paraclito
Sit nunc et semper gloria
Ab hac Dei familia.

Brev. ms. Montis S. Mariae (?) saec. 13/14. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 532. A. — Brev. ms. Montis S. Mariae anni 1340. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 506. B. — Hymn. ms. Montis S. Mariae saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 1340. C. — Ist Divisio des vorhergehenden Hymnus.

504. De sancta Ursula.

- | | |
|---|---|
| 1. Avete, flores virginum,
Virginitatis speculum,
Oretis Dei filium,
Ne nos damnet exsilium. | 3. Virgo, mater et filia,
Nova plantata lilia
Cum filio tu collige
Hortum intrantes hodie. |
| 2. Consere nos virginibus,
Quae non pulsant prae foribus,
Sed cum sponso in nuptiis
Miris exsultant gaudiis. | 4. Vos nunc effectae caelibes
Cum regina unanimes
Illic nos precum glutine
Exacta vita figite. |
| 5. Laus trinitati gemina
Et unitati gloria,
Coeli exsultent agmina,
Quibus dantur tot milia. | |

Brev. ms. Montis S. Mariae (?) saec. 13/14. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 495. A. — Brev. ms. Montis S. Mariae anni 1340. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 506. B. — Hymn. ms. Montis S. Mariae saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 1340. C. — 1, 4 demnet AB. — 2, 2 pulsant fehlt A, nos pulsant pro B. — 5, 2 In unitate B.

505. De sancta Ursula.

Ad Vesperas.

1. Jesu, piarum dux decusque virginum,
Cui continentes complacent et simplices,
Intuere votaue nostra suscipe,
Quae virginali dedicantur agmini.
2. Haec festa magnis angelorum gaudiis
Coluntur alta sub tua praesentia,
Nam jubilantes te sequuntur virgines,
Quas ad sugentes addidisti martyres.
3. Undena nobis virginum haec milia
Missime feta dicitur Britannia,
Quas hic furentis ira pressit iudicis,
Nobisque sacra sic relinquunt corpora.
4. O gaudiorum dignitas sublimium,
Qua sunt recepta coelitus tot milia,
Servat perenni margaritas iudici
Coloniensis terra plena gaudiis.

5. Precamur omnes, vos favete virgines,
Securitatem ferite nobis perpetim,
Alumna nobis praeparate corporis
Et vim manentis impetrate luminis.
6. Laudes tonanti concinamus lumini,
Patri pioque filio cum pneumate,
Qui praestet almis virginum consortiis
Regnare secum nec habere terminum.

Brev. Trajectense inferioris dioecesis imp. in Gouda 1508.

506. De sancta Ursula.

- | | |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Pollens Mauri filia
Regis primi per scibilia,
More, sapientia
Diluens dementia. 2. Famam cujus praepotens
Ursulae rex quidam capiens,
Anglorum malens filio
Copluanda sit ut virgo. 3. Paranympis plurimis
Missis ad patrem hinc virginis
Minis et blanditiis
Pactum det ut advenis. | <ol style="list-style-type: none"> 4. Nothus capto sermone
Coepit angustari mente,
Formidans regis rabiem
Mortis atque seriem. 5. Ipsa nempe primitus
Instigata divinitus,
Patrem hoc adimbuens,
Sit ut hic consentiens. 6. Virtus, honor, gloria,
Laus in martyrum memoria
Evae stet in trivio,
Ne subdemur bivio. |
|---|--|

Cod. Graecen. (ol. Secovien.) 756 anni 1345. fol. 214b. Ausdrücklich als Hymnus bezeichnet. — 2, 4 Coplanda, welches das Metrum fordert. — 4, 2 wieder sermone, wodurch abgesehen von der Wiederholung Überschufs von einer Silbe. — 4, 3 Eve, lies aeve?

507. De duobus Valentinis.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Nunc sancte nobis spi-
ritus
Annue grate coelitus
Promere gesta martyrum
Carmen canendo debitum. 2. O sancta mundi domina,
Valentinorum nomina,
Roma, cole pro viribus,
Qui juncti sunt martyribus. 3. Nox et tenebrae et nu-
bila
Discedunt, ergo juba,
Ecclesia, praeconiis
Martyrum in solemniis. | <ol style="list-style-type: none"> 4. Aeterna Christi gloria
Est data pro victoria
His sanctis, sedes coelica
Cum phalange angelica. 5. Fit porta Christi per-
via,
Quae prius erat invia,
Jesu servante limites
Ostensos per hos milites. 6. Jesu, nostra redemptio,
Te laudat nostra concio
Cum patre et sancto spiritu
Valentinorum transitu. |
|---|---|

Psalt. et. Hymn. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 526.

508. De duobus Valentinis.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Beata nobis gaudia
Obtinebunt in patria
Ili, quorum mirabilia
Sunt innumerabilia.</p> | <p>3. Veni, creator spiritus,
Ut emundemur penitus
Morborum a contagio,
Fac sanctorum suffragio.</p> |
| <p>2. Rex Christe, factor om-
nium,
Post hujus vitae somnium
Duc nos in refrigerium,
Quo sanctis est manerium.</p> | <p>4. Jesu, nostra redemptio,
Te laudat nostra concio
Cum patre et sancto spiritu
Valentinorum transitu.</p> |

Psalt. et. Hymn. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 526. — Divisio des vorhergehenden.

509. De sancta Verena.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Agne patris summi, Christe,
stans Sion in vertice,
Per virginis te sequentis
sanctae preces Verenae
Nos, heu, culpis repigratos
post te clemens protrahe.</p> | <p>3. Clara signis vel doctrinis
multos ex Alemanis
Tibi lucrans conversarum
fit magistra virginum,
Quibus, Jesu, dabas victum
per modum mirificum.</p> |
| <p>2. Quae te sponsum cordis puro
quaerens desiderio,
Luxus mundi declinando
patriam deseruit,
Larga mater egenorum
carnem suam domuit.</p> | <p>4. Hanc in visu martyr sanctus
solatur Mauritius,
Hanc Maria, mater Dei,
cum choro virginali
Praesens suscepit vocando
carnis ex ergastulo.</p> |
- 5. Ejus nos salva precibus,
pro cujus virtutibus
Tibi patri, tibi, nate,
tibi, pneuma, gloria,
Trine Deus in personis,
unice substantia.

Append. ms. post. Brev. Praemonstratense imp. Parisiis 1513. (Kreisbibl. Regensburg). — Enthält ad Vesp. den Hymnus O Verena, sponsa Christi, Mone III, 548 u. f.

510. De sancta Verena.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Laudes canamus virginis
Verenae, quae pro nominis
Dei amore respuit
Mundum et Christum induit.</p> | <p>2. Thebaeorum de genere,
Satis aetatis tenerae,
Sacro duci Mauritio
Se junxit primicerio.</p> |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Cujus adhaesit fidei
Virgo constanter et ei
Fert tamquam lumen [patulum]
Vitae sanctae signaculum.</p> <p>4. Quem comitata varia
Perpetiens contraria
Tandem venit Zurziacam,
Cellam intrans permodicam.</p> <p>5. In qua degens promeruit,
Quod ejus fini praefuit
Maria, mater Domini,
Solatium dans virgini.</p> | <p>6. O felix, inquit, filia,
Te vocant mille milia
Regis aeterni civium
Ad coeleste convivium.</p> <p>7. Verena tunc suspiciens,
Gemitum traxit inquies:
Hoc unde mihi meritum,
Quod meum curas obitum?</p> <p>8. Respondet virgo virginum:
Huc me misisse Dominum,
Cui servisti, noveris,
Ministram tui funeris.</p> |
|---|--|
9. Deo, de cujus gratia
Facta sunt haec insignia,
Pro tali sua famula
Gloria sit in saecula.

Append. ms. post. Brev. Praemonstratense imp. Parisiis 1513. (Kreisbibl. Regensburg). — 2, 1 fehlt eine Silbe; de ergänzt. — 3, 3 fehlt das Reimwort. — 4, 3 Zurziacam. — 4, 4 intrans proseroticam. — 7, 1 suspiciens.

511. De sancto Victore.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Deus, tuorum militum
Spes, corona et praemium,
Victorem donas inclitum
Turbae coelestis socium.</p> <p>2. Ab orientis partibus
Orta Thebaea legio
Partim in Rheni finibus
Data fuit martyrio.</p> <p>3. Decimatim occiditur
Ille sacer exercitus,
Morte carnis acquiritur
Vita perennis spiritus.</p> | <p>4. O Victor cum victoribus
Sociis subit gladium,
Coeli dignus honoribus
Palmae recipit praemium.</p> <p>5. Gaude, felix minor Troja,
Tu quae tantis martyribus
Laudes dignas cum gloria
Hymnidicis das cantibus.</p> <p>6. Horum nobis solemnitas
Digne laudata veniam
Apud te, sancta trinitas,
Deprecetur et gratiam.</p> |
|---|--|

7. Deo patri sit gloria.

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. A. — Brev. Trajectense imp. Coloniae 1503. B. — In A auf Gereon. — 1, 3 Gereonem das A; dones B. — 3, 2 Ille sacratus B. — 4, 1 Gereon cum A. — 4, 2 subis B, cubit A. — 4, 4 recipit terminum A. — 5, 1 felix Colonia A. — 5, 4 dat A. — Str. 7 fehlt A.

512. De sancto Vincentio.

1. Alma lux mentium, spes credentium,
Tutela martyrum, ductor bonorum,
Hymnizando sumas, quas pangimus odas.

2. Inclita martyris invictissimi
Tui Vincentii festa triumpho,
En, colimus pio laeti commercio.
3. Mira constantia vicit omnia,
Perseverantia sprevit tormenta,
Poena nam in tantis crux est trucidantis.
4. Huic sunt ridicula mortis spicula,
Ignis, craticula, ferri lamina,
Igne micantia, crebro applicata.
5. Tandem emeritum reddit spiritum,
Aurum ut septuplum igne probatum
Ad veram patriam paradisiacam.
6. Ejus pro meritis tuis famulis,
Qui suis propriis egent in bonis,
Jesu, vitae dator, sis propitiator.
7. Sit laus ingenito, unigenito,
Patrique filio, pneumati sancto
Aequali gloria per saecula cuncta.

Hymn. ms. Sanblasianus saec. 15. Cod. Araugien. W 8. 8°. — 2, 1
martyrii. — 2, 2 Tui Vincentius. — 2, 3 pro laeti. — 6, 1 ob meritis.

513. De sancto Vincentio.

- | | |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none">1. Ad laudem regis gloriae
Chorus praesentis curiae
Sub clare vocis sibilo
Cordis exsultet júbilo.2. Cum per carnis supplicium
Hinc ad coeli palatium
Fide vincens felicius
Martyr transit Vincentius.3. Quem non vicit equuleus,
Carcere, catenae, culeus,
Ignis, testarum fragmina,
Catasta, ferri machina. | <ol style="list-style-type: none">4. Torquens praeses non proficit,
Tortus miles non deficit,
Sed inter haec et alia
Christi laudat magnalia.5. O Vincenti sanctissime,
O victor invictissime,
Tuos tuo praesidio
Perenni junge gaudio.6. Deo patri filioque,
Paraclito cum utroque
Sit laus, potestas, gloria,
Honor, virtus, victoria. |
|---|--|

Antiph. ms. Tungrense IV. saec. 15. — Mel: Jam orto lucis sidere.

514. De sancto Vincentio.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none">1. Aeternae regi gloriae
Laudes cum coeli curia
Fideles solvant hodie
Pro martyris victoria. | <ol style="list-style-type: none">2. Fortis athleta Domini
Collaudetur Vincentius,
Qui rem conformat nomini,
Victor factus egregius. |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| 3. Vivens vicit et mortuus
Semper in fide arduus,
Terra marique positus
Victor monstratur inclitus. | 4. Tormenta tremunt aspera
Victorem invictissimum,
Cuncta poenarum genera
Deridentem potissimum. |
| 5. Trino Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos prece Vincentii
Ducat ad coeli gaudia. | |

Officium S. Vincentii martyris et levitae Caesaraugustani, patroni insignis ecclesiae Bernensis. imp. Basileae 1515. — 3, 2 Et semper in.

515. In Translatione s. Vincentii.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Christi miles Vincentius
Diem praesentem dedicat,
In qua turba frequentius
Ejus agones praedicat. | 3. Decoratur Valentia
Ipsius in martyrio,
Sed nunc ejus praesentia
Castrensis ovat concio. |
| 2. Felix Osca congaudeat
In Vincentis origine,
Caesaraugusta fulgeat
Archilevitae numine. | 4. Ignis atque supplica
Terrae vicit ac aeris,
Sic perpeti lactitia
Summi potitus aetheris. |
| 5. Glorificetur trinitas,
Ut a poena supplicii
Salvet canentes unitas
Interventu Vincentii. | |

Offic. S. Vincentii Bernen. imp. Basileae 1515. — 4, 1 atque suppliciis.

516. In Translatione s. Vincentii.

In Laudibus.

- | | |
|---|--|
| 1. Exsultet plebs Christicola,
Coelum repletur gaudiis,
Currat Castrensis accola
Tantis accensus radiis. | 3. Mare sanctum non sustinet,
Dacianus confunditur,
Gaudens matrona retinet,
Cum honore reconditur. |
| 2. Vincentius dum moritur,
Coeli discurrunt agmina,
Pavent ferae, transgreditur
Corvus naturae limina. | 4. Translatus de Valentia
Longis latet temporibus,
Sed post Dei elementia
Castris datur cultoribus. |
| 5. Glorificetur trinitas. | |

Offic. S. Vincentii Bernen. imp. Basileae 1515.

517. De sancto Vigilio.

1. Gaudio summo celebrare festa
Tribue nobis, martyr o beate,
Qua tu sacraasti merito sublimi,
Sancte Vigili.
2. Te, pater, terra edidit Romana,
Cujus praeclara jam fulgebant acta,
Dum puerilis hauriebat aetas
Teneros annos.
3. Literis sacris animus divinis
Inhaerens semper, exsul adventabas
Urbem antiquam, studiis praeclaram,
Atheniensem.
4. Inde ad terram rediens paternam
Ornabas sancta disciplina vitam
Quam in multorum spiritalis vitae
Spargebas usus.
5. Cujus doctrina primum fuit docta,
Meruit talem habere pastorem,
Per quem multorum signa declarantur
Miraculorum.
6. Surdis auditum, caecis praestat visum,
Debiles sanat daemonesque fugat
Et peccatorum veniam petentes
Audit benignus.
7. Hunc plebs haec cuncta voce laudans alta,
Supplex precetur veniam delictis,
Ut prosit nobis ejus interventus
Nunc et in aevum.
8. Praestet hoc nobis deitatis auctor,
Pater aeternus, trinus atque unus,
Regnans ubique totus sine fine
Perpetim. Amen.

Cod. Oenipontan. (ol. Carth. in Snals) 591 saec. 15. A. — Miss. ms. anni 1471. Cod. Rossian. s. n. B. — 1, 1 Gaudio magno B. — 1, 2 martyr ut beate B. — 2, 1 Hoc pater B. — 2, 3 Dum fehlt B; annuebat aetas B. — 2, 4 Teneris annis B. — 4, 2 Ornabans sanctam disciplinam vitam B. — 4, 3 in multis B. — 4, 4 Spergebas B — 6, 1 praestet A, praestavit B. — 8, 1 deitas et auctor B. — 8, 2 trinus fehlt B. — 8, 3 ubique sine fine Deus A. — 8, 4 Nunc et in aevum A; vgl. 7, 4.

518. De sancto Wandregiselo.

1. Qui solus orbis auctor es,
Polum pugillo contines
Terramque palmo ponderas,
Nostris adesto sensibus.
2. Digne queamus promere,
Quae sanctus afflatus Deo
Wandregisilus gesserat
Tua favente gratia.
3. Dei vir ipse crectus est
Ex stirpe valde nobili,
Ex gente clara Franciae
Origo carnis tracta est.
4. Mox alta Christi munera
Percepit ab infantia
Castaeque vitae semina
Aetate prisca senserat.
5. Sponsam suam Christo sacrat
Donatque coelo virginem,
Et ipse castus permanet
Coeli locandus sedibus.
6. Tunc arma Christi sumpserat
Castrisque sanctis se dedit
Monasticamque regulam
Perquiriit aure vigili.
7. Verbum Dei fideliter
Ubique pandit plebibus,
Exempla sancta condocens
Plures ad astra vexerat.
8. Fontana bullit lucida
In valle profundissima,
Quam juxta cellam condidit
Et claustra Christi famulis.
9. Foedata morbo corpora
Sanata reddit usui,
Lumenque caecus accipit,
Vocemque surdus hauserat.
10. Turbas fugavit daemonum
A cordibus fidelium,
Omnesque verbo luminis
Mundantur in munditia.
11. Beata astra jam petit,
Terras relinquit spiritus,
Coelestibus cum civibus
Vitam beatam continet.
12. Exempla patris incliti
Semper tenete, filii,
Queatis ut virtutibus
Gaudere cum coelestibus.

13. Deo patri sit gloria
Ejusque soli filio
Cum spiritu paraclito
Et nunc et in perpetuum.

Cod. Portus Gratiae (ol. Fontanellen.) 332 (A 34) saec. 9. — 4, 4 Lies severat? — 8, 3 juxta olive conderat. — Vier Strophen kürzer aus Quellen des 13. Jahrh. Anal. XI, 261.

519. De sancta Wiborada.

1. Festum diem Wiboradae,
virginis et martyris,
Geminantem tripudium
cum coronis geminis,
Una omnes veneremur
vocibus cum consonis.
2. Isthac postquam diu vitae
desudavit practica,
Desiderans jam quieta
vacare theorica,
Sedem sibi eligebat
clausulae ergastula.

3. In qua perfruens quam saepe
visione coelica,
Divinitus devastandam
ab Ungris Almanniam,
Suae quoque passionis
praecognovit gloriam.
4. Hujus passionis die
gratulantes annua
Postulemus unanimes
illius suffragia,
Mereamur consolari
in nostra miseria,
5. Amissaeque diu limen
reintrare patriae,
Quam lilio virginali
intraverat hodie
Redimita proprioque
roseata sanguine.
6. Quod dignare nobis simplex
trinitas concedere,
Ne pretium, quod profluxit,
Christe, tuo latere
Annuletur jam redemptis
ad perenne vivere.

Hymn. ms. Sangallensis saec. 12. Cod. Sangallen. 18. A. — Brev. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 408. B. — Diurn. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 503 k. C. — Psalt. ms. S. Laurentii Sangallen. saec. 15. Cod. Sangallen. 16. D. — Hymn. ms. Sangallensis saec. ¹⁵/₁₆. Cod. Sangallen. 440. E. — 2, 3 quietam A. — 2, 6 clausula hier soviel als Klause. — 3, 1 quam fehlt D. — 3, 4 Alemanniam BCD. — 4, 2 gratulemur D. — 4, 5 Mereatur D. — 4, 6 ut nostra D.

520. De sancto Wigberto.

1. En, piis splendent revoluta votis
Annua nobis veneranda cultu
Festa Wigberti populi frequenti,
Christe, faveto.
2. Hic velut clara rutilans lucerna
Indolis primae radios micantes
Sparsit in mundo gradiendo callis
Ardua dextris.
3. Utque nil sacri meriti deesset
Subdidit summae pia jussioni
Colla, quo Christi crucis et minister
Pauper adesset.
4. Ipsa quem tantum deitas beavit,
Quo foret saeculo sibi commoranti
Forma, sit aequae via lapsitanti
Posteritati.
5. Hujus exemplum glomeret in unum
Turbam haud parvam sibi servientum,
Semper ut Christi resonet fideli
Pectore laudes.
6. Quam Deus cunctis redimat aerumnis,
Cum potens dextram quatitur coruscam,
Ultimi donans requiem laboris
Visere sese.

7. Patris ac prolis pater hoc et ipse
 Praestet, hoc flatus par utrique sanctus,
 Unicum nomen deitatis omni
 Est quibus aevo.

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 18956. saec. 12. — Dieser Hymnus, zuerst von Busaeus in seinen Paralipomena Moguntina 1604 mitgeteilt, wird dem Lupus von Ferrières zugeschrieben. Da dieser 836 eine Vita Wigberti verfasste (cfr. Ebert II, 206), so ist, da Sprache und Metrik des Hymnus nicht entgegenstehen, diese Annahme nicht unwahrscheinlich.

521. De sancto Wigberto.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Wigberti dies natalis
 Venit modo mirabilis
 Luce jam nos illuminans,
 Quos servet Christus glomerans.</p> <p>2. Iste confessor Domini
 Erat in mente humilis,
 Quem Christus jam praedixerat,
 Ut regnum ejus raperet.</p> <p>3. Hujus oratu credimus,
 Ad astra cuncti pergimus,
 Si cultum ejus agimus,
 Qui sedet super angelos.</p> <p>4. Qui sedet super Cherubim
 Simulque super Seraphim
 Sidereaue agmina
 Regit sua potentia,</p> | <p>5. Ipseque nos tartareo
 Eripiat a tormento
 Zabuli et a laqueo
 Defendat suo labaro.</p> <p>6. Sancte Wigberte, quaesumus,
 Ora pro nobis omnibus,
 Ut lavet nos criminibus
 Rex angelorum dominus.</p> <p>7. O pastor alme, pro clero
 Intervenijam devoto,
 Digna tua oracula
 Tollant nostra piacula.</p> <p>8. Salvator noster, relaxa
 Et dele nostra crimina
 Per confessoris inclita
 Sancti Wigberti merita.</p> <p>9. Deo patri sit gloria.</p> |
|---|--|

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 18956. saec. 12. — Auch dieser Hymnus wird bei Migne PP. LL. 119, 699 dem Servatus Lupus zugeschrieben. Allein die Metrik des Hymnus scheint dieser Annahme ein peremptorisches Veto entgegenzustellen.

522. De sancto Wilhelmo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Vox resultet melliflua
 Omni plena laetitia,
 Dum recolit ecclesia
 Sancti Wilhelmi solemnia.</p> <p>2. Qui gaudet in coelestibus
 Festis fruens perennibus,
 Festum suum colentibus
 Opem ferat divinitus.</p> | <p>3. Dum carne vivus exstitit,
 Fidelis in paucis fuit,
 Unde post suum transitum
 Intravit coeli gaudium.</p> <p>4. Hymnum canamus vocibus
 Precesque demus cordibus,
 Ut ejus intercessio
 Sit criminis remissio.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|---|
| 5. Nostri reatus debita
Ejus relaxent merita,
Aegris medelam conferant
Et nobis pacem tribuant. | 6. Praesta, pater, per filium,
Praesta per alnum spiritum,
Cum his per aevum triplici
Unus Deus cognomine. |
|--|---|

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517.

523. De sancto Wilhelmo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Solvamus Christo debita
Solemnitatis gaudia,
Qui patris sancti merita
Digna decorat gloria. | 4. Ipse dignetur Dominum
Precari clementissimum,
Ut ab aeternis ignibus
Nos salvet et daemonibus. |
| 2. Virtute patientiae
Dei repletus munere
Vigiliis, jejuniis
Artus domabat corporis. | 5. Dona, creator omnium,
Laus, decus confitentium,
Ut hujus sancti precibus
Coeli jungamur civibus. |
| 3. Et pro coelesti patria
Carnis abegit turpia,
Mundana vicit gaudia
Aeterna quaerens praemia. | 6. Praesta, pater, per filium,
Praesta per alnum spiritum,
Cum his per aevum triplici
Unus Deus cognomine. |

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517.

524. De sancto Wilhelmo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Exsultet jam coelestium
Chorus sacratus civium,
Lupum facit agniculum
Deus, creator omnium. | 5. Hinc remeans ad Tusciae
Fines privatur lumine,
Quem mox reformat gratiae
Splendor paternae gloriae. |
| 2. Bernhardus sacro munere
Plenus transmisit propere
Wilhelmum eremicolae
Jam lucis orto sidere. | 6. Ad montem transit eremi,
De pruno miles Domini
Cordis calore fervidi
Ad coenam agni providi. |
| 3. Erepto labe saeculi
Loricam tradens militi
Mores transvertit animi
Summi largitor praemii. | 7. Rapit Satan in cellula
Virum Dei dans verbera,
Cujus coelestis medica
Fit porta Christi pervia. |
| 4. Romanum ad pontificem
Festinans flectit verticem,
Quem post claudit annis novem
Urbs beata Jerusalem. | 8. Divinum ad praesidium
Fugit in Rhodis stabulum
Contemplans Dei filium,
Magnum salutis gaudium. |

9. Voce lapsa divinitus
Sodali datur socius,
Rubet in mortis ictibus
Bellator armis inclitus.
10. Sancti deposcat merita
Hujus mater ecclesia,
Ut impetret in gloria
Beata nobis gaudia.
11. Summa tu nobis caritas
Adsis, divina deitas,
In mortis poena, pietas,
O lux beata trinitas.

Brev. ms. Wilhelmitarum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Bl. 16. A. —
Brev. ms. Curiense saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX. B. —
2, 3 eremicolam B. — 3, 3 transferat B. — 5, 2 Fratres privatur B. — 5, 3
Quam B. — Nach Str. 5 Divisio A.

525. De sancto Wilhelmo.

Ad Completorium.

1. Ad coenam agni providi
Bernhardus venit fervidi,
Fulcitus rore flaminis,
Totius expers criminis.
2. Cujus corpus sanctissimum
Patenae superpositum
Wilhelmi vires comitis
Permutat sacri muneris.
3. Pro tecti dono fulmine
Ut Paulum stravit gratiae
Paterna vox intrinsecus,
Terrenus jam fit coelicus.
4. Consurgit dux continuo
De vitiorum tumulo
Et remeans ad propria,
Quae sprevit atque gaudia.
5. O vere digna hostia,
Tua replesti gratia
Hunc sanctum eremicolam,
Cum venit Jerosolymam.
6. Quaesumus, auctor omnium.
Nobis aeternum gaudium
Ut hujus sancti meritis
Tuis concedas famulis.
7. Gloria tibi, Domine.

Brev. ms. Wilhelmitarum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Bl. 16. •

526. De sancto Willehado.

1. Gaudet coetus angelorum
Willehadi praesentia,
Quem hac die rex coelorum
ditat perenni gloria.
2. Gaudeamus hoc patrono,
quem in Dei potentias
Introisse gratulamur
ad aeternas delicias.
3. Demus melos, hymnizemus
tanto patri cum jubilo,
Qui doctrinae salutaris
nos prius potat poculo.
4. Apostolorum comparem
hunc nostra canit concio,
Per quem vitae lux illuxit
barbarorum ergastulo.
5. Eja praesul, Deo digne,
te collaudantes respice,
Audi preces, o benigne
supplicantis familiae.
6. Vere virtutum omnium
fraglans odore jugiter
Aestuando anhelabas
Christo jungi perenniter.

7. Hujus voti compos factus
nunc gaudes in coelestibus,
Sine fine Christo junctus,
esto clemens supplicibus.
8. Dona coelestis gratiae
tuis largire famulis,
Quo perennis laetitiae
tecum fruamur gaudiis.
9. Sit laus summo genitori,
sit laus nato redemptori,
Simulque sancto pneumati
honor cum laude perpeti.

Hymn. ms. Woltingerodensis saec. 13. Cod. Guelfenbyteran. H. 1304.
fol. 278. — Nach Str. 4 Divisio.

527. De sancto Willibaldo.

1. Jure gliscunt nobis summa,
fratres, mentis gaudia,
Praesens festum dum devote
debemus persolvere,
Quod dicavit sacer suo
Willibaldus transitu.
2. Natus ipse celsa vere
Anglorum progenie,
Sic ut reges essent illi
atque duces proximi,
At hos omnes longe suis
transcendebat meritis.
3. Per aetatem postquam recte
potuit discernere,
Mox replevit Christi jussa
mente voluntaria,
Quae sequenda sanxit suis
clemens ille famulus.
4. Sprevit opes mundi totas,
quas habebat proprias,
Crucem Christi portans secum,
ipsum sequens per aevum,
Exsulavit patriarcham
imitatus Abraham.
5. Duxit una fratrem suum
Wunibaldum dominum,
Nec non patrem ac sororem,
Waldepurgam sanctissimam,
Perlustravit loca sancta
subornandi gratia.
6. Romae Petri atque Pauli
frequentavit limina
Atque passim circumquaque
cetera sacraria,
Se suosque mandans sanctis
in isdem reconditis.
7. Cis et citra mare magnum
lustrans orbis ambitum,
Fuit Christus quo versatus,
ibi mansit crebrius,
Patienter hic labores
sustulit multiplices.
8. Is ad tempus luce privus,
post eidem redditus,
Sustinebat famem, sitim
algu et fortissimum,
Hic pro cunctis Deo magnas
semper tulit gratias.
9. Sagax fuit in divinis
mundique negotiis,
Custus, largus, mansuetus,
sobrius, humillimus,
Sicque felix ad felicem
venit Bajoariam.
10. Ordinante in qua Christo
atque Bonifacio
Clericales omnes gradus
accepit dignissimus,
Praesulatus donec summam
possidebat cathedram.

11. Sedes ejus est revera,
ubi locus toparchia,
Ibi fecit semper signa
atque facit plurima,
Suetus cunctis opem ferre
corporis et animae.

12. Nunc precamur, Deus pater,
omnes te communiter,
Tuearis ut nos pius
sancti tui precibus,
Cujus virtus atque regnum
viget in perpetuum.

Hymn. ms. Fredeslariensis saec. 11. ex. Cod. Casselanus. Ms. Theol.
IV. 25. — 1, 6 Unilliballus. — 2, 5 at ergänzt. — 5, 2 Unibaldum. —
5, 4 Ualdpurgam. — 11, 1 Sedis.

528. De sancto Winvaloeo.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Inclite Christi confessor,
Festa qui nobis gaudia
Anni reducis orbita,
Winvaloeo, corusca. | 5. Fulgens praebendo mystica
Irradiantis animae,
Dictis conspergis famina
Exemplis coruscantia. |
| 2. Tuis faveto precibus,
Adhaerentes luminibus,
Sacris poscentes postibus,
Conclamantes in auribus. | 6. Claris ornatus meritis,
Pristinae reddens saluti
Debilitatos plurimos
Mortis traxisti casibus. |
| 3. Quis tam cautus in sermone,
Fragili dum in hac carne
Vixerit, opere complens,
Quae verbis rite edoces. | 7. Sancte, nos ergo praeclaris
Deservientes in aulis
Tuis custodi, trucibus
Ne contradamur ignibus. |
| 4. O lux, o splendor patriae,
O spes perennis famulis,
Tuis ministrans solamen
Sacris nos erige dextris. | 8. Terrae polique rectori
Deo gloria sit patri
Cum nato et coequali
Sancto spiritu perenni. |

Cod. Parisin. 5610 A. saec. 10/11. — 1, 4 coruscata. — 4, 2 perenne. —
6, 3 Debilitatis. — 7, 3 tricibus. — Vor dem Hymnus: Incipit hymnus ad
vesperum in natali sancti Winvaloei per jambicum tetrametrum compositus.
Über den Verfasser siehe weiter unten.

529. De sancto Winvaloeo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Aurea gemma, floridis
Candescens mire coronis
Miris cum comitibus
Udenis stipatus viris
Mundum calcans hunc cruentum,
Winvaloe, praepulchris. | 2. Vestigiis, alme, siccis
Pontum percurris profundum,
At binos morti datos
Sacra levatum dextera
Et quendam leto proximum
Vitae dedisti potens. |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Ac lympham aquae poscenti
Atque sacri dona verbi
Tu tribuisti gregi,
Virtus nam tibi sortita
A Christo summo tradita
Sacrum pascere gregem.</p> | <p>5. Coelestia praebens dona
Tuis flexa colla dictis
Tu subnixa sacratis
Aurea melle canistris
Componens dicta perlitis
Claro rorasti nimbo.</p> |
| <p>4. Es multis donatus donis,
Confirmatus innumeris
His et mirabilibus,
Signis clarus et trophaeis,
Multos erigens languidos
Innotuisti vulgo.</p> | <p>6. Tu, sancte, serva famulos,
Quos tibi jam dedit Christus,
Jam nunc una cum magni
Patre futuri saeculi
Sanctoque simul spiritu
Viventi per saecula.</p> |

Cod. Parisin. 5610 A. saec. 10/11. — „Item alius hymnus in natali ejusdem ad matutinum per tochaicum metrum in tertio versu catalecticum.“

530. De sancto Winwaloeo.

Hymnus tertius.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Alme dignanter supplicum
Precibus munda delictum,
Winwaloe, coelestium
Coenobita sublimium.</p> | <p>7. Gliscebat pectus perlustrans
Intellectus coelo manans,
Excedens cursus solares
Divinos augebat mores.</p> |
| <p>2. Britigena mirabilis,
Luminibus expers solis,
Nostrae lucifer patriae
Missus es regum rectore.</p> | <p>8. Hunc solus Christus perfulsit,
Talia qui nobis dixit:
Non magistrum in tellure,
Sed sursum illum quaerite.</p> |
| <p>3. Coelicola cum terrenis
Moribus lucens optimis,
Spernendo mundi lubrica
Aeterna capis munera.</p> | <p>9. Instaurando crus infantis
Ostendit signum virtutis,
Ne sub modio submissa
Luceret sed sursum taeda.</p> |
| <p>4. Dictis pascebas mellitis
Horis socios diversis
Domini serens semina,
Quo ille metat centupla.</p> | <p>10. Katervasque languentium
Visitabat et pauperum,
Cum non haberet terrestres
Gazas, praebebat coelestes.</p> |
| <p>5. Educatu sanctissime,
Sancto plenus spiramine,
Cum didicisses literas,
Canonis scisti scripturas.</p> | <p>11. Letiferis morbis captos
Hic sanavit tum plurimos,
Quos calculo comprehendere
Nequimus neque scribere.</p> |
| <p>6. Felix schola, quae praeclaris
Ditavit sanctum rivulis,
Non pedetentim descendit,
Sat corde sed prono luxit.</p> | <p>12. Mare pone coenobium
Primus transivit per siccum
Assequente coetu fratrum
Christo regi psallentium.</p> |

- | | |
|--|--|
| <p>13. Nescia sui natura
Ritus, sancto sed subjecta,
Aditus dedit gressibus
Fundum silvae quaerentibus.</p> | <p>18. Signum gessit mirabile,
Sororis sibi germanae
Ventre traxit ogae ptalmum
Locavitque ceu alterum.</p> |
| <p>14. Orante isto fulgidam
Per venas emisit lympham
Tellus, carens prudentia,
Precantis nec sprevit corda.</p> | <p>19. Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Ne nostri penetret cleptis
Callidus sinum pectoris.</p> |
| <p>15. Per quem procul pulsa morte
Revixerunt in corpore
Bini, quos letum perdidit,
Praeter quem serpens occidit.</p> | <p>20. Ululantem ceu sanasti
Dolore dentis maximi
Cujusdam natum principis,
Sic intercedas pro nobis.</p> |
| <p>16. Quod fecit, non omittamus,
Ternis quoque latronibus,
Carnis peste quos sanavit,
Christicolas quos perfecit.</p> | <p>21. Xristus per te custodiam
Praestet nobis indefessam,
Pellat cursus gentilium,
Similiter et daemonum.</p> |
| <p>17. Roscido sparsit fame
Gradlonum, ducem patriae,
Qui ut ager non spinosus
Fructus reddidit centenos.</p> | <p>22. Ymnum Deo noster chorus
Concinit tuis actibus,
Tu pro nostro peccamine
Preceris clementissime.</p> |
23. Zelo devicto perfidi
Coelo simus praesentati,
Ne patiamur tartara,
Sed vehamur in gloria.

Cod. Parisin. 5610 A. saec. 10/11. — 6, 4 cordi. — 18, 3 ptalmum statt ophthalmum (*ὄφθαλμύν*). — Dem Hymnus geht folgendes voraus: Incipit praefatio hymni sancti Winvaloei a collegio (lies collega?) Clemente compositi, a Kalendis novembris usque pascha dominicis diebus post matutinum a fratribus, qui ejus incolunt monasterium, canendi. A pascha autem usque ad praescriptas kalendas qualem voluerint de rescriptis (lies praescriptis), quos jam natali ejus coaptavimus, hymnis canant, quia brevioribus succinctiores noctibus constituendi sunt sermones. Hierauf folgt eine poetische Einleitung mit der Überschrift „Pentametri versus“:

Ecce, tuo Clemens hymnum construxit honori,
Winvaloe decens attribuente Deo.
Literulae quotiens sunt aut iterantur in isto,
Tu totiens pro me fundito verba Deo.
Impretes mihi quo veniam, non desine, sancte,
Clementis famuli sed miserere tui,
Deprecor atque tui qui constant nempe sequaces
Sic peragant fratres hoc in amore Dei.
Nunc quoque qui relegant una cum fratribus, abbas
Cognoscant Aelam jusserit, ut facerem,
Tempore quo Salomon Britones rite regebat,
Cornubiae rector quoque fuit Rivelen.

Aus dem Angeführten geht hervor, daß sowohl dieser Abedarius als die beiden vorhergehenden Hymnen von einem Mönche Clemens über Auftrag des Aelam oder Aelamus, Abbas Landevenecensis, verfaßt sind. Dieser war Abt vor 870, in welchem Jahre ihm Wurdestinus nachfolgt (Hist. Litt. de la France V, 625). Danach ist zu berichtigen, was Anal. XVIII, 263 über den Verfasser dieser drei Hymnen gesagt ist. Bemerkenswert ist der Unterschied der Versifikation zwischen den „Pentametri versus“ und den drei Hymnen, die weder den Gesetzen des Accentus noch den Regeln der Prosodie folgen. Vgl. Anal. Bolland. VII. 261 ff.



Inhalts-Übersicht.

	Seite		Seite
Ab aquilone venite	52	Anna mater gratissima	122
Accelerant ut rapiant	184	Anni peractis mensibus	35
Ad coenam agni providi Bernhardus	295	Annua festa celebret	260
Ad coenam agni providi Et stolis	35	Annua reverti	160
Ad coenam paschalis agni	37	Ansebertus Christi haeres	123
Adest dies laetitiae	251	Ante saecula et tempora	12
Adest dies lucidior	184	Apostolorum principem	259
Adest dies sanctissimus	281	Apparuit benignitas	40
Adest natalis celebris	111	Arbiter mundi superumque.	173
Adest sacrata praesulis	246	Arborem celsus construit	147
Adest triumpho palma	223	Ascendit in coelos Deus	38
Ad honorem conditoris	240	A solis ortu cardine.	13
Ad laudem Christi Domini.	227	A solis ortus cardine Et usque.	192
Ad laudem regis gloriae	288	A solis ortus cardine Udalicum	279
Ad montem transit eremi	294	Assurgentes gratulemur	119
Adpropinquat finis saeculi	53	Audi me Deus de coelo	49
Adsis nobis in agone	149	Audi me Deus peccatorum.	50
Ad te nostras Domine.	86	Audite Christi milites	131
Ad tua solemnia	247	Audite omnes gentes	25
Aeternae lucis claritas.	10	Audite vocem hymni	27
Aeternae regi gloriae Devota.	128	Aulae paradisi laudemus.	275
Aeternae regi gloriae Laudes	288	Aurea gemma florida	297
Aeterno regi gloriae.	105	Aurem flecte pietatis	32
A fundamenti ordine	189	Aureos solis rotat ecce	190
Agamus Domino laudes	258	Auroralis lux gignitur.	122
Age lingua gloriosae	107	Aurora stellae lucidae.	61
Agne patris summi Christe.	286	Ave beatissima Thebaeorum	242
Agnetis Christi virginis	108	Ave Dei clare	104
Agnoscat omne saeculum.	113	Ave felix mater Anna	121
Alma lux mentium	287	Ave genitricis	119
Alme dignanter supplicum	298	Ave gloriosa Agnes	107
Alternatim sonent voces	219	Ave gloriosa Stirpis.	77
Amor Jesu dulcissime	21	Ave Maria per quam prophetia.	63
Anima nimis misera.	45	Ave pastorale	127
Annae festum cum gaudio	114	Ave radix laetitiae	120

	Seite		Seite
Ave rosa Katharina	219	Coelum digne tripudiat	91
Ave stella maris	64	Coelum terra et maria	90
Avete flores virginum	284	Collaudemus toto corde	212
Ave virgo florigera	283	Collaudemus venerantes	191
Baptistae Christi merita	204	Concinat noster chorus	267
Beata illa patria	140	Concordemus cordibus	135
Beata nobis gaudia	286	Concordis sexus Blasii	143
Beata virgo nobilis	232	Confessor aeterni patris	90
Beati praesulis festa	277	Congratuletur curia	167
Beatus homo qui pauper	55	Congressae Sion filiae	29
Bella qui carnis nova	87	Consors paterni luminis	250
Benedictus Dominus	12	Continet multos sinus	96
Benedictus in Domino	132	Corda jungant adstantium	125
Benedictus sanctissimus	133	Cultro secanda saxeo	16
Benedictus verus testis	132	Da pater omnipotens	23
Benigne pastor cordibus	80	Deus lumen de lumine	98
Berithi dum Christicola	39	Deus orbis reparator	44
Blasii Christi martyr	141	Deus pater piissime	11
Bonifatius est ortus	148	Deus perennis rex	152
C aterva nostra laudibus	215	Deus piissime pater	228
Catholica ecclesia	276	Deus piorum gaudium	78
Celsus de supernis venit	68	Deus tuorum militum	287
Chori plaudant alaeriter	118	De ventre natum virginis	151
Chorus cantet jucundius	221	Diem hunc festum reddit	171
Chorus iste gratuletur	130	Dies illuxit gaudii	229
Chorus novae Jerusalem Promat	196	Dies solemnis agitur	88
Chorus novae Jerusalem Quiteriam	261	Diu mundo exspectatum	66
Christe immense dominator	43	Doctor egregie Paule	255
Christe lux vera bonitas	23	Domino laude sedula	164
Christe lux vera patris	244	Dulce carmen et melodum	240
Christe pastorum caput	89	Dum coelestis figulus	137
Christe qui justos hominum	169	Dum poli sphaera volvitur	199
Christe qui lux es et dies	157	E cce dierum numerus	22
Christe rex regum dominans	47	Ecce mundo tepescenti	156
Christe salus credentium	106	Egrederere Emanuel	13
Christe salvator hominum	139	Eja praesul Deo digne	295
Christe salvator omnium	128	Elisabeth collaudemus	166
Christe sanctorum decus	269	En adest festum gratiae	87
Christe sanctorum omnium	193	En dies anno reheat	227
Christe sanctorum precibus	268	En noctis medium surgite	179
Christe sponsus ecclesiae	217	En piis splendent	292
Christe tuo liberasti	32	En virginis Caeciliae	152
Christi miles Vincentius	289	Excelse coeli domine	98
Christum laudemus Dominum	242	Excelse princeps omnium	246
Christus Carmeli decus	114	Ex quo enim me jussisti	48
Christus nos pascit corpore	30	Exstinxit simulacrorum	277
Coeli cives adplaudite	204	Exsultando mater gaudet	64
Coeli decor inclinatur	121	Exsulta Sion superna	165
Coeli pandant gloriosum	262	Exsultet aula coelica L. Hippor.	273
Coeli senator inclite	127	Exsultet aula coelica L. mundi.	208
Coeli sonant nos canamus	189	Exsultet aulae coelica Nam fruitur	235

	Seite		Seite
Exsultet coeli concio	62	Gloria Deus et corona	142
Exsultet coelum gaudiis	104	Graecus Caesar constitutus	252
Exsultet coelum laudibus	70	Grates demus et cantemus	198
Exsultet jam coelestium	294	Gratiarum festum clarum	157
Exsultet júbilo	165	Gratia tua spiritus	33
Exsultet omne saeculum	67	Grataletur ecclesia	93
Exsultet omnis spiritus	110	Grex tuus o Benedicte tibi	134
Exsultet plebs christicola	289	H ac in die jucundemur	100
F esta nutritoris Jesu	213	Hac in hora matutina	129
Festa praesentis celebret	134	Haec dies justo martyri	155
Festa sacrata voce	162	Haec festiva solemnitas	19
Festiva dies colitur	220	Haec summi regis famula	93
Festiva mundo gaudia	16	Hae pausant in Colonia	283
Festum diem Wiboradae	291	Hic dies nobis gaudia	93
Festum nunc celebre	129	Hic est patris magnifici	243
Fidelis Christi Barbara	130	Hieronymus flos doctorum	191
Fit porta coeli pervia	28	Hinc conversa Germania	149
Fontem honorum omnium	234	Hoc honoris tui templum	43
Fulgens lucerna martyrum	203	Hortus conclusus mater Christi	64
Fulges salvifico nomine	223	Hortus ecclesiae fragrans	195
Fulget in coelis celebris	187	Hostis Herodes impie	199
G audeamus gratulantes	178	Huc venite populi	153
Gaudeat chorus virginum	226	Hujus rite asperitas	110
Gaudeat chorus virginum	229	Humili prece et sincera	83
Gaudeat Christo populus	225	Hymniza cum tripudio	266
Gaudeat magnae genitricis	113	Hymnizando fideles	170
Gaudeat nunc ecclesia	233	Hymnizemus canoribus	172
Gaudeat prole Gallia	275	Hymnizet nunc ecclesia	232
Gaude Austrobandia	262	Hymnizet omnis natio	149
Gaude coelestis curia Nostra	217	Hymnum beatae virginis	92
Gaude coelestis curia Tanta	207	Hymnum canamus gratiae	270
Gaude felix Aponia	190	Hymnum novae lactitiae	263
Gaude fidelis concio E t benedic	89	Hymnum novum concinamus	202
Gaude fidelis concio I n te	205	I mago patris unice	39
Gaude fidelis concio S ancto	105	Inclita Agnes intravit	109
Gaude mater ecclesia Christi	226	Inclite Christi confessor	297
Gaude mater ecclesia G aude	269	Inclitos Pauli recolens	256
Gaude mater et virgo	173	Inclitus martyr Blasius	145
Gaude mater Hungaria	271	Inclitus pastor populi	126
Gaude mater salvatoris	61	In hoc festo laetabundo	155
Gaude origo gaudii	77	In júbilo laudabili	11
Gaude patroni portatrix	131	In laude regis omnium	278
Gaude prima laetantium	78	In patronorum meritis	96
Gaude regina inclita	76	In personis Deum trinum	9
Gaudet coetus angelorum	295	Insigne sidus claruit	164
Gaude tellus fructuosa	188	Insigni Dei athletae	106
Gaudet mater ecclesia	214	In suis filiis mater ecclesia	38
Gaude visceribus mater	200	Inter choros jam virginum	108
Gaudio summo celebrare	290	In vasta solitudine	256
Gertrudis arca numinis	183	Iste confessor Dei	266
Gignens per evangelium	206	Iste confessor Domini	158

	Seite		Seite
Iste confessor patriarcha	210	Magnificemus Domini	62
Iste martyr egregius	161	Magnis ecclesiae laudibus	206
Iste nutritor Domini	211	Magno salutis gaudio	208
J am nunc paterna trinitas	34	Mansuescunt antra tyranni	181
Jesu Christe patris unigenite	151	Maria coeli regia	78
Jesu clementer tribulantes	50	Mariae cur conjugio	210
Jesu corona omnium	97	Mariae jam conceptio	61
Jesu corona virginum Da nobis	250	Maria mater Domini	77
Jesu corona virginum Rex et	249	Maria virgo regia	58
Jesu creator orbis et redemptor	41	Maria virgo virginum	67
Jesu fili Dei rex et sacerdos	44	Martine confessor patris	238
Jesu pastor piissime	234	Martinus meritis compar	237
Jesu piarum dux decusque	284	Martyr Christi Adriane	104
Jesu quadragenariae	235	Martyr Christi sanctissime	180
Jesu vocator gentium	264	Martyr egregie sancte	160
Johannes martyr Domini	203	Martyrem Christi veneremur	138
Joseph confessor inclite	209	Martyr insignis meritis	274
Joseph fert mentem stupidam	209	Martyr invictus Domino	154
Jubilo cordis et voce	92	Martyris hujus annua	139
Jucundis pangat vocibus	271	Mater sancta ecclesia	263
Jure gliscunt nobis summa	296	Mentibus laetis jubilemus	179
Juxta crucem deplorabat	69	Militem Christi pariter	260
L aetabunda Deo canat	279	Multorum militum dux	243
Laeta martyribus mente	180	Nato Mariae filio	17
Laetare gens catholica	112	Nicolaus vir electus	248
Laetare Sion inclita	126	Nocti succedit lucifer	120
Laetetur omnis hac die	176	Nos afflictos aestu vel pluvia	183
Laetetur orbis quadruus	186	Novae laudis adsunt nobis	280
Laetis pangamus vocibus	222	Novo psallendi jubilo	207
Lauda mater ecclesia	70	Novum melos decantemus	197
Laudant astra matutina	99	Novum sidus in superis	118
Laude concordēs celebremus	131	Nunc sanctae nobis virginis	265
Laude dico gloriosae	57	Nunc sancte nobis spiritus	285
Laudemus Dei gratiam	91	O benedicta femina	62
Laudes canamus virginis	286	O celebre convivium	151
Laudes perpetuae dignaque	71	O Christe rex justitiae	214
Laudes promat Antonio	125	O coeli gemma genitrix	59
Laudes promat ecclesia	228	O confessorum dignitas	264
Laudibus Christo jubilent	257	O crux ave sanctissima	29
Laudibus eximiis resonent	72	O Deus miserere	48
Laudis hymnus decantetur	197	O fidei mysterium	36
Laudis opus ut honori	187	O germen Jesse virgula	176
Ligno crucis dum pendebat	69	O gloriosa trinitas	10
Longo tendentes tramite	273	O lapis salus hominum	38
Lumen cunctorum luminum	79	Olim vernans Arvernia	270
Lumen verum de lumine	20	Olim vernans Campania	265
Lux ecce fulget celebris	115	O lux beata trinitas	34
Lux saeculorum	11	O Martha Christi hospita	236
M acte summe confessorum	265	O martyr celse Jaugolphe	180
Magnae dies laetitiae Nobis	215	O martyr Leodegari	224
Magnae dies laetitiae Quo	227	Omnis chorus ecclesiarum	22


	Seite
O patris gloria proles	216
Optata saeculis surgunt	42
Optatus votis omnium	140
O quam festa felicia	123
O quam pura laudatio	217
Orbis quadrata machina	169
O rex benigne Domine	141
Organa cordis solvimus	251
Orthodoxa ecclesia	282
O salutaris virgo stella maris	82
O sator rerum reparator aevi	18
O trinitas laudabilis	35
O venerande pontifex	128
O vere potens victima	37
O virgo venerabilis	91
O virtus Dei praepotens	106
Pangat sanctorum merita	239
Pangat turba clericorum	236
Pange lingua confessoris	186
Pange lingua gloriosa	27
Pange lingua gloriosae Splendorem	99
Pange lingua gloriosae Virginis	230
Pange lingua gloriosi	194
Pange lingua Margaretae	231
Pange lingua Margaretae	231
Paterni splendor luminis	170
Patroni nostri incliti	97
Perplexa mundi retia	218
Plange mater pietatis	68
Plaudat chorus coelestium	124
Plaudat laetitia	219
Plaude coelum terra plaude	21
Plaude turba Senensium	30
Pollens Mauri filia	285
Praecedentem nos in via	66
Praesens solemniurn	237
Praesentatur hodie	116
Praesentis festi tempore	115
Praesul insignis pietate	144
Primo proscriptos patria	214
Pro diversorum nominum	96
Proles de coelo exiit	221
Proles de coelo prodiit	195
Proles Francisci germinat	238
Psallat laudes creatoris	136
Pulsis longe somni vaporibus	184
Purae mentis et sincere	248
Quem pia virgo genuit	76
Quem terra pontus aethera Alta	205
Quem terra pontus aethera C. plebs	200
Quem terra pontus aethera C. vexit	261

	Seite
Qui noctis in silentio	24
Quique de morte redempti	53
Quique de morte redempti	53
Qui solus orbis auctor es	291
Quo amor est et caritas	26
Recreator et purgator	262
Rector trinus per omnia	34
Refulget dies annua	220
Regem coelestis gloriae	155
Regi superno psallite	40
Regis summi suavissimus	140
Rerum aeternae arbiter	41
Respice de coelis Deus	51
Rex Christe splendor gloriae	88
Rex gloriose virginum	60
Romanum fulget speculum	111
Ruinae coeli civium	150
Sacra nobis solemnitas	207
Sacra solemnitas recolit	65
Sacrata dies emicat	235
Sacro tecta velamine	36
Saepe Christi fidem quatiens	153
Salus es mundi Christe	280
Salus reorum Christe	94
Salvatoris ad honorem	135
Salvatoris eximii	19
Salvator mundi Domine	39
Salve parens Anna	116
Salve parens matris Christi	119
Salvete Christi martyres	174
Salve virgo gloriosa	218
Sancta Dei genitrix	24
Sancta [haec] congregatio	204
Sancta Maria quid est	74
Sanctarum mentes virginum	196
Sancte doctor Jeronymus	194
Sancte Gregori magni	185
Sancte martyr Adriane	104
Sancte Paule pastor bone	253
Sancte Thoma apostole	277
Sanctorum festa celebremus	159
Sanctorum omnium quorum	94
Sanctorum pariter promite	258
Sanctum sanctorum	97
Sanctus doctor Hieronymus	192
Scriptores evangelici	209
Sempiternae dominator	185
Septena fratrum passio	172
Signum magnum apparuit	150
Sinceros animos festa	148
Sion devotae filiae	108

	Seite		Seite
Sion in portis filiae	162	Urbs Nazareth flos de flore . . .	178
Sol clare fulget radio	147	Ut celebri laetitiae	117
Solemnis dies virginis	230	Ut lingua carnis digne	166
Solemnitas fidelium	117	Ut possint claris commendare . .	168
Sol ille verus qui Deus	175	Ut spina rosam parturit	233
Solvamus Christo debita	294	Vatem pium Liguriaie	112
Spiritus sancti organum	202	Veneremur beatorum	222
Splendor Jesu summi fontis	246	Veneremur Gabrielem	177
Splendor paternae gloriae De luce	20	Veni creator siderum	224
Splendor paternae gloriae De te-		Veni Joseph pater patrum	211
nebris	252	Verbum patris altissimi	17
Sponsa regis angelorum	249	Verbum patris principium	199
Summi tonantis filius	18	Vespertinam qui ad horam	181
Summi tonantis unice	253	Vexilla regis prodeunt	28
Summo Deo decantemus	232	Victimae paschalis	31
Summus et omnipotens	83	Victrix fides quam non vides . .	239
Surge modo sponsa Christi	137	Viduae Blasi quia subvenisti . .	145
Syrus tonantis unice	271	Virginis sacrae veneremur	182
Te Christe nostra cantica	109	Virgo Dei mater	73
Te deprecamur trinitas	35	Virgo dum scandis superos	71
Te ferant linguae celebrent	245	Virgo flos virginum	174
Te nunc precamur spiritus	34	Virgo mater ecclesiae	57
Te sancta Dei genitrix	57	Virtutum praemia	146
Te trina Deus unitas	9	Vita sanctorum martyrum	282
Theodorum clarissimum	276	Voce clara resonemus	161
Thoma pastorum gloria	278	Voces erigite laudate	95
Totius mundi machinae	46	Vocis erumpat puritas	162
Trinitati altissimae	81	Votorum Deus arbiter	224
Tumba sacrum novit	31	Vox resultet melliflua	293
Tu. veniae vera mater	66	Wigberti dies natalis	293

Nachträge und Berichtigungen.

- S. 16, Nr. 16 ebenfalls Berno zugeschrieben, bei Schubiger, Die Sängerschule St. Gallens S. 84.
- S. 22, Nr. 23 Berno zugeschrieben, bei Schubiger l. c.
- S. 32, Zeile 16 v. oben lies *naturalem* statt *naturale*.
- S. 58, Zeile 16 v. oben lies: *Auch hier liegt* statt: *Auch liegt*.
- S. 67, Nr. 104 Berno zugeschrieben bei Schubiger l. c.
- S. 77, Zeile 2 v. unten lies: *Per quam Christus* statt *Perqu am*.
- S. 266, Zeile 12 v. unten lies vielleicht besser: *Iste confessor Domini Sigbertus*.
- S. 267, Zeile 1 v. oben lies vielleicht besser: *Sanctus Sigbertus ut flos paradisi*.
- S. 267, Zeile 10 v. oben lies vielleicht richtiger: *Sanctus Sigbertus propria largitus*.



vol. 23 # 10803

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO — 5, CANADA

10803.

